8.º

Lápidas españolas.

Nº.	2º P.
1º y 2ª y 4ª	II
	IV
1 2 3 4	VI S.
18	XXV S.
15	XXVIII
6	XXXI S.
14, 16 y 19	XXXII S.
16	XXXIII.
7	XXXIIII. Nº
16	CV.
4	CXLI. S.
14, 15 y 16	CXLV.
5, 6	CXLVIII. S.
18, 25	CL. S.
18, 27	CLI.
1, 2, 3, 4.	CLI. S.
19, 20, 21, 22,	CLII.
1, 2, 3, 4, 5, 6, 7, 8, 9, 10, 11, 12	CLIII. S.
13, 14, 16, 17, 18, 19,	CLIIII.
2, 4	CLV.
6	CLV. S.
10, 11, 12, 13, 14, 19	CLVI.
1, 2, 3, 5. 7, 8.	CLVII.
1, 2, 3, 4, 5, 6, 7, 8, 9, 10,	CLVII. S.
11, 12, 13,	CLXV.
1, 4,	CLXVIII.
16, 17	CLXIX.
1, 2, 5	

~~XX~~ Pag.ª	
27.	1.
30	1
31	3
34	1
36	3
38	2
39	1
46	3
47	1
48	1

1

Inscriptionum veterum

Pagina	
18	1
22.	2
22.º	1
22. S.	1
23.º	1
23. 2º	1
25.	2

INSCRIPTIONVM ANTIQVARVM

Quæ passim per Europam,

LIBER.

Accessit AVCTARIVM A IVSTO LIPSIO.

EX OFFICINA PLANTINIANA,
Apud Franciscum Raphelengium.
CIↃ. IↃ. LXXXVIII.



NOBILISSIMIS
& Amplißimis viris,

IANO DOVZAE A NORTWIICK.
PAVLO BVSIO.
ABRAHAMO AB ALMONDA.



ACADEMIÆ CVRATORIBVS.

VIRI magni & amici. quanto gaudio, imò lætitiæ, mihi fuerit consilium vestrum in euulgandis his Smetij ANTIQVITATIBVS, faciliùs apud me sentiam quàm apud vos promam. Gauisus enim vnicè & vestrâ causâ sum: quibus ex editione æterni Operis gloriam parari videbam æternam. & publicâ litteratæ iuuentutis: cuius immenso bono edi, & liberam lucem aspicere, prolem nimis diu pressam. & quid propius, quàm oppressam? Nam cùm ante viginti paulo minus annos concepta nataque ea esset: ecce & parens eius Smetius, subito nec suo fato perijt; & M. Laurinus vir nobilis, qui patronus ei & velut tutor, parum virium habuit in asserendâ eâ contra vim violentam. Ita misella in manus siue militum, siue prædonum, incidit; huc illuc raptata, tandem trans mare etiam vænum abijt: & finem demum iniuriæ in summâ iniuriâ repperit, quòd empta. Sed empta à vobis. non ad ergastulum aut carcerem priuatum: sed vt libera vagaretur per omnes terrarum oras. O beneficium grande! emere impenso pretio monumentum, quod non priuato vestro vsui seponatis, sed omnium exponatis: & è quo nihil ad vos redundet, præter bonam famam. At in publicum, immensi fructus. cognitio scilicet æui morisque veteris, & florentißimi

illius Imperij, cui par non eſt, non erit, in terris. Iure igitur faueo vobis hanc gloriam: quam ſcio vrere nonnullos è cultiſsimis illis gentibus, qui præreptam ſibi hanc triumphi lauream dolent. Cauillabuntur & dicent, fætum hunc ab initio non fuiſſe veſtrum. Quid tum? vt fontem, qui in agro meo, & meâ operâ exijt, iure dicam meum, etſi alibi ei ſcaturigo: ſic vos librum, qui veſtro ſumptu prodijt, in Academiæ veſtræ ſolo. Quæ iam-antè multum vobis debet, tot annos ornata per vos & exculta: hoc beneficio plurimùm. quo ipſa & vos, innoteſcetis per plagas omnes Orbis cultioris. hoc enim non vanè vobis vaticinor & ſpondeo

Ego veſter, Juſtus Lipſius.

Lugd. Batauor. Kal. Martijs Anni ∞ Iↄ. LXXXVIII.

CLARISSIMO VIRO, D. MARCO LAVRINO, Waterfleti Domino,

MARTINVS SMETIVS, Weftwynckelanus,

S. D.

INSCRIPTIONES *antiquas*, LAVRINE *clarißime, non pauci olim ante me, & nonnulli etiam nuper mecum collegerunt, & nunc adhuc multi haud dubiè colligunt. A quibus omnibus diuersa ferè seruata fuit, & adhuc seruatur in describendo ratio. Quidam enim obiter tantùm, ac veluti per transennam eas legentes, illa dumtaxat, quæ suo conuenire videntur instituto, excerpunt: reliquis, vt superfluis, omninò omißis aut recisis: mutila sic secum truncatáque solùm auferentes fragmenta. Alij integras quidem exceperunt: sed tanta cùm negligentia, tùm audacia aut potius temeritate, vt aut multa perperam legendo peruerterint, aut quum id quod habebatur, legere non possent, quiduis substituere non sint veriti: vel si quid effractũ omninò, aut vetustate erosum erat, pro libitu suo, sæpe etiam malè suppleuerint. Alij rursum neglecta prorsus literarum forma & quantitate, mutatóque etiam versuum ordine, omnem illis gratiam maiestatémque ademerunt: imò vt vix intelligi possent aliquando effecerunt. Nonnulli, præterita omni temporum atque ætatum ratione, omnes inscriptiones, eadem characterum forma delineauerunt: & ea quæ deformibus literis, in ipsis marmoribus antiquitus sculpta erant, speciosis reddiderunt: & contrà. Quod equidem non probo; quum ex ipsa literarum forma, tempus seu ætas, qua quæque res scripta est, cognosci ferè poßit. Antiquißimis enim temporibus (ante Cæsares videlicet) vtebantur literis planè simplicibus atq. informibus, quales in tabula Aletrina folio* XIII. *& alibi subinde videre licet. A tempore Augusti vsque ad Antoninos, florentißima scilicet ætate, characteres formosißimos, quadratos, atque omni ex parte optimè dimensos effigiabant. Inde iterum cum ætate & imperio ipso Romano paulatim characteres declinabant: fiebántque primò obliquiores solito, ac deinde oblongiores, ac tandem ad extremam barbariem delabebantur, vt literis Gothicis quàm simillimi euaserint, sicut in inscriptione pontis viæ Salariæ fol.* III. *& alibi sæpius apparebit. Quæ quidem scripturæ diuersitas, si à describentibus obseruaretur, multam ipsis inscriptionibus gratiam lucemq́, & non minimam legentibus adderet voluptatem. Quam sane ego, in ijs potißimùm quæ ipsemet vidi ac legi, genuinas characterũ formas ac versuum ordines quàm potui proximè paßim imitando, perpetuò seruare conatus sum. Et si quæ vetustate aut äeris iniuria ita exesa atque erosa, aut vsu attrita sunt, vt legi omninò non queant, ea punctulis hoc modo* :::::::::::::::::::::::::: *suppleui. Si verò non nisi magna cum difficultate, ac veluti coniectando leguntur: aut de ipsa lectione adhuc dubitatur, ea punctis singularibus suppactis, ita notaui* MEN CITA *fol.* V. *& alibi non rarò. Quæ autem studio, aut*

æmulorum inuidia, vel ex S. C. (sicuti de Domitiani & aliorum quorundam titulis legimus) iam olim erasa fuere, ea sic adumbraui. Fragmenta item omnia ea quæ nunc extant forma reddere ac repræsentare malui, quã ex meo cerebro, siue benè siue malè restituendo, deprauare: antiquitati illi nunquàm satis mirandæ, suũ semper deferens honorem.

Series autem atque dispositio inscriptionum descriptarum aut etiam typis procusarum, aliæ ab alijs obseruatæ hactenus fuere. Multi enim sine ordine vt quæque offerebantur, in vnam omnes congeriem redegere. Alij, locorum tantùm ordinem in quibus extabant, neglecta prorsus argumentorum ratione, secuti sunt. Quod quidem eas reuisere, & cum descriptis exemplaribus conferre volentibus, si numquàm Saxa transferrentur, sed in eisdem semper locis ac domibus seruarentur, percommodum esset. Verùm quum sæpe ex vno loco in alium transportentur ac distrahantur (sicuti exempli gratia de Colotianis factum esse memini, quorum bona pars, defuncto hero, ad palatium Farnesianum atque ad Gentilem Delphinium delata: altera ad vineam Cardinalis Carpensis, meo etiam instinctu operáque transuecta fuit) alium mihi certiorem & commodiorem ordinem instituendum esse duxi. Omissa igitur locorum serie, quæ per indicem aliquem monstrari facilè posset, rerum atque argumentorum ordinem quendam sequi potius malui: & vt similia similibus, quatenus fieri commodè posset iungerentur, curaui.

Inscriptiones itaque omnes, quas olim per sexennium, ab anno videlicet ∞ XLV, vsque ad ∞ LI. magna diligentia, cùm per vrbem Romam vbi tunc agebam, tùm per alia multa Italiæ loca, quæ cum hero meo Rodulpho Pio Cardinale Carpensi proficiscens obiter perlustraui, tumultuariè ipse collegeram: vel quas à Benedicto Hegio Spoletino, à Ioanne Metello Burgundo, ab Antonio Morillonio, aut à Stephano Viuando Pighio Campensi, viris vtique doctissimis, & antiquitatis omnis obseruatoribus diligentissimis acceperam, in quatuor primarios ordines seu classes, summatim distribui. Primo ordine quicquid ad rationem locorum, operum atque ædificiorum, seu publicorum seu priuatorum pertinere videbatur, complexus sum. Secundo, diuina omnia, hoc est, non solùm Deorum dearumq; titulos ac statuarum dedicationes: sed etiam sacerdotum vtriusq. sexus & magistratuum ministrorumq; sacrorum, histrionum ac ludionum epigraphas comprehendi. Tertio loco, hominum illustrium, videlicet Imperatorum Cæsarumq;, Consulum atque aliorum magistratuum maiorum cùm Romanorum, tùm prouincialium elogia monumentaq; posui. In quartum vltimumq; ordinem, militum & eorum qui officia publica minora gesserunt, artificum & ministrorum domus Augustæ: communium deinde hominũ, ac postremò Christianorum aliquot vetustiorum epitaphia congessi. Singuli verò ordines, ita in se subdiuisi ac distributi sunt (sicuti ex titulis marginalibus aduerti facilè potest) vt similia (quemadmodum dixi) similibus coniuncta plerumque esse haud obscurè appareat. Quod tamen in omnibus perpetuò fieri non potuit. Plurima enim sunt, quæ ob rerũ quas notant varietatem, pluribus ijsq; diuersis locis collocari non ineptè possent. Ceterùm ne id fieret, ac ne eadem sæpius scribendo, & mihiipsi molestiam, & lectori nauseam parerem: malui illi incommodo, confectis varijs secundum argumentorum diuersitatem elenchis seu locis communibus, quos ad calcem libri apposui, mederi. In quibus præcipua quæque & obseruatu inprimis digna, per totum librum quomodolibet dispersa, in certas classes capitaq; digessi, ad quæ singula ad idem argumentum pertinentia, ordine, vt puto, haud incommodo referuntur.

Hæc

Hæc omnia, LAVRINE *præstantissime, postquàm in patriam reuersus ocium aliquod nactus eram, primùm in meum priuatu, & amicorum si qui fortè non omninò temerarij huius nostri studij contemptores contingerent vsum; eo quo dixi ordine describere cœperam: vt ea veluti perpetuum peregrinationis meæ fructum, iucundumq; magis quàm opulentum ex Italia delatum thesaurum, penes me seruarem. Quæ quum fortè tu, vix bene cœpta apud me, non sine admiratione aliqua videres, pro eo quo cùm ad studia humaniora omnia, tùm ad hanc monumentorum antiquorum inuestigationem præditus es affectu, me sedulò hortabaris, vt cœptum opus gnauiter perficerem. Quumq; subinde aut grauioribus negocijs aliò distractus, aut oborto tædio scribendi lassus subsisterem, tu oblata etiam benignè tua opera, non destitisti, cùm viua voce, tùm crebris literis perhumaniter scriptis, sæpius me monere stimularéque, vt quod non infeliciter cœperam, ad optatum finem perducerem. Quod quum tandem factum esset, opusq; tibi adeò satisfaceret, vt vel illud ipsum, vel exemplar aliquod à me ex eo transscriptum, quouis precio redimere voluisses: ego qui me talem ac tantum huius mei studij (quod alij plerique non mediocriter aliàs docti viri aut contemnunt, aut ludibrio etiam habent) non modò admiratorem, sed etiam patronum ac fautorem nactum esse gaudebam, non illibenter exemplar in tuam gratiam me descripturum esse pollicebar. Quod quum diligenter facerem, bonamq; exemplaris partem iam absoluissem, fatalis ignis in ædes meas (proh dolor) illapsus, non modò ædes ipsas cum tota supellectili domestica librariaq;, verumetiam opus illud antiquarium cum vniuersis schedis libellisq; autographis, è quibus confectum erat, penitus absumpsit: remanentibus mihi solummodo quinquaginta & vno eiusdem exemplaris quod tibi scribebam folijs, quæ paulò antè in scrinium quoddam humi positum, vbi incendij vis minus grassabatur, seposueram: solis scilicet atque vnicis totius huius mei studij sexennalísque industriæ ac laboris reliquijs. Quo infortunio quum adeo consternatus essem, vt spe omni de libro recuperando aut exemplari perficiendo abiecta, & illas reliquias perditas optarem: tu pro tua humanitate, atque ea qua studiosos omnes foues pietate, non modò literis consolatorijs, verùm muneribus etiam missis, me ita erexisti ac refecisti, vt resumpto postmodum animo, & conquisitis per tuam commendationem, tuísque impensis, quibusdam aliorum eiusdem studij amatorum exemplaribus, calamum rursus arripuerim, vt cœptum exemplaris opus quoquo modo finirem. Quod nunc demum qualequale est, & non quidem vt volui, sed vt potui completum, tibi totum offero dedicóque, vt eo pro tuo arbitrio vtaris fruarísque. Merentur enim hoc, cùm tua in me beneuolentia liberalitásque, tùm insignis iste, quo ad miraculum vsque afficeris, antiquitatis amor.*

Porro si quid in posterioribus centum vigintiquatuor folijs erratum fortè erit, precor vt id benignè condones: & non mihi, sed detestando illi incendio, quod primitiua mea exemplaria atque αὐτοσχέδια *ita crudeliter perdidit, imputes. Vale: Sleydinghæ Kal. Februarij.* ∞. Ɔ. LXV.

IN
ANTIQVAS
TOTO ORBE
INSCRIPTIONES
An. Dn. cIↃ.IↃ.XXCIIX. instauratas,

*

ET

IVSTI LIPSI
V. CL. IN EAS

Præfationem.

Στῆλαι, κἀπιγραφαὶ, καὶ καλλωπίσματα κόσμου
  Πάνθ' ὅσα λευγαλέος δηρὸν ὄλεσσε χρόνος:
Καινῶθη, μακρῶν γε περιπλομένων ἐνιαυτῶν,
  Ἄστρων τ' ἐς τὸ πάρος σχῆμα κυλινδομένων.
Ὡς ἐτεὸν τοῦτ' ἀστρονόμων θέσπισμα τέτυκται,
  Τῷδ' ἔτει ἐσσομένην κοσμοπαλιγγένεσιν.

*

Χρυσέας εὐτειχοῦς κίονας θαλάμου ὑποστῆσαι,
  Ὄμμά τε τηλαυγὲς χρὴ προθύρῳ θέμεναι.
Πινδαρικὸς λόγος οὗτος. ὃν ἐν φρεσὶ κάτθετ' ΙΟΥΣΤΟΣ
  ΛΙΨΙΑΔΗΣ, τοῦτ' αὖ φροίμιον ἐκτελέσας.
Τίς δ' ἔργῳ ἕτερος τοιῷδ' ἦν πρόσφορος, εἰ μὴ
  Πάσης θ' ἱστορίας, καὶ σοφίας ταμίης;

BON. VVLCANIVS GR. L. PROF.

LITERARVM. AC. NOTARVM.
SINGVLARIVM. DICTIONVMQ.
ABBREVIATAR. IN. INSCRIPTIONIBVS. HISCE.
ANTIQVIS. OCCVRRENTIVM. INTERPRETATIONES.

Prior numerus folium, alter inscriptionem notat.

A

A. *Aulus. passim.*
A. F. *Auli filius.* A. N. *Auli nepos*
A. F. A. N. *Auli filius, Auli nepos*
A. L. *Auli libertus.*
A *seu* AN. *Annum seu Anno. passim.*
A N N. *Annis, seu Annos*
A. P. R. C. *Anno post Romam conditam. fol.* LXIII. *& alibi.*
A. A. A. F. F. *Auro, argento, ære flando feriundo.*
A. M. A. E. C. *fol.* II. 3. *ignoratur.*
A. RA. MIL. FRV. XC. 3. *A rationib. militaris frumenti.*
AB. AVG. M. P. CXLV. 3. *Ab Augusta millia passuum.*
AB. V. C. *Ab vrbe condita.*
A B D. *Abdicauit. in Fastis.*
ABN. & ABN̄ & ABN. *Abnepos.*
A D N. *Adnepos.*
A D I A B. *Adiabenicus.*
AD. AVGVST. TEMP. C. P. *Ad Augusti tempora certum pondus.* CLXXIIII. *in ponderib.*
AD. TR. IVD. *Ad tribus iudicandas.* LXV. 6.
AED. & AID. *Aedilis. passim.*
AED. CVR. *Aedilis Curulis.*
AED. DESIG. *Aedilis designatus.* LXIX. 13.
AED. PL. *Aedilis plebis.*
AEL. *Aelius. passim.*
AEMI. LXXXVII. 8. & AIM. LXVI. 2. *Aemilia, tribu videlicet.*
AGRIPP. *Agrippa, prænomen.*
ALAE. I. PR. C. R. LXVI. 1. *Alæ primæ pratoriæ ciuium Romanorum.*
AN. *seu* ANI. LXXX. 10. 18. | LXXXVI. 2. *& alibi sæpius. Aniensi, scilicet tribu.*
AN. V. P. M. CXVII. 9. *Annos vixit plus minus.*
AP. *Appius, prænomen Claudiorum.*
APP. E. *Appellatus est. in Fastis.*
ARG. P. X. XXXIII. 10. *Argenti pondo decem.*
ARK. RET. P. XXXIIII. 10. *Arkæ retrò positæ.*
ARN. CII. 6. *& alibi. Arniensi, nempe tribu.*
AR. V. V. D. D. XVIII. 10. *Aram votiuam dono dedit.*
AVG. *Augustus, & aliquando Augustalis*
AVG. L. *Augusti libertus*
AVGG. *Augusti, de duobus.* AVGGG. *de tribus.*
AVG. P. CVI. 8. *Augusti puer.*
AVG. CVR. R. P. LXIX. 13. *Augustalis, curator Reipublicæ.*
AVG. ET. Q. AVG. LXXXIII. 2. *Augustalis & quæstor Augustalium.*
AVGVST. ET. POP. LXXIII. 4. *Augustales & populus.*
AVR. *Aurelius. passim.*

B

B. B XLIII. 15 | LXVIIII. 13. *ignoratur.*
B. F. COS *Beneficiarius consulis.* CXLVII. 10.
BF. COS *pro eodem.* CXLVIII. 1. 2.
B. F. PR *Beneficiarius Prætoris.* XXIII. 17.
B'. PR *Beneficiarius Prætoris seu Præfecti.* LVI. 11.
B'. PR. PR *Beneficiarius præfecti prætorio.* LXXVII. 10.
BF. TRIB *Beneficiarius tribuni.* CLXV. *. 7.
B. M *Benemerenti.*
B. M. F *Benemerenti fecit.*
B. M. F. C *Benemerenti faciundum curauit.*
B. M. P. C *Benemerenti ponendum curauit.*
B. D. S. M *Bene de se merenti.*
B. R. P *Bono rei publicæ.* CL. 10.
BRIT *Britannicus. in Imperialibus.*
BRIX. *Brixia.* LXXXVIII. 9.

C

C *Caius.*
C. F *Caij filius.*
C. N *Caij nepos.*
C. F. C. N *Caij filius, Caij nepos.*
C. L *Caij libertus*
Ↄ *Caia, & aliquando con syllabam notare videtur.*
Ↄ. L *Caiæ libertus, seu conlibertus.*
7. L *Caiæ liberta.* 1. 5
7 *Centuria & Centurio.*
7. LEG *Centurio Legionis*
7. VET *Centuria Veturi.* XCIII. 8.
Ɛ. LEG *Centurio legionis.* XCII. 9
Ɛ. IN. LEG *Centuriauit in legione. ibidem.*
C. F *Clara, seu clarissima femina.* XIX. 13. *& alibi.*
C. C. C *Calumniæ cauendæ causa.* XVII. 2.
C. C. M̄. M̄ *Collegium centonariorum municipij Meuaniolæ.* LXXVI. 1.
C. R *Ciui Romano, aut Ciuium Romanorum.*
C. C. N. D. D. S. P. P LIII. *ignoratur.*
C. S. H. S. S. S. V. T. L. *Communi sepulchro hic siti sunt: sit vobis terra leuis.* CXLI. 18.
C. H. M XXI. 3. *Quid notent non constat.*
CAES *Caesar.*
CAESS *Caesares, de duobus*
CAESSS *Caesares, de tribus.*
CAM *Camillia, seu Camillina, tribu scilicet.* CLXII. 19. | CLXV. *. 5. 8.
CAP *Capitalis.* LXXIII. 3.
CEN. LXXXVIII. 12. & CENT. LXXV. 7. *Centurio.*
CENS & CES. *Censores.* VII. 3.
CL *Claudius, & Claudia.* LVIII. 8. | CXI. 13.
CL. XXV. 10. & CLA. XI. 11. *& alibi passim &*
CLAVD LXXXIX. 5. *Claudia, tribu scilicet.*
CL. CEL CLXI. 7. *Claudia, Celeia, tribu & patria scilicet.*
CL. VIR *Clarissimus vir.* LXXIIII. 14. *& alibi.*
CLASS. PR. MIS. *Classis prætoria Misenensis.* XIIII. 2.
CN *Cnaeus.*
CN. F *Cnæi filius* CNF. LXXVII. 1.
CN. N *Cnæi nepos.*
CN. F. CN. N *Cnæi filius, Cnæi nepos.*

CN. LO	*Cnæo Lollio.* XCIII.12.
CLV	*Clustumina scilicet tribu.* LXXIIII. I. 2. *& alibi.*
COL	*Collina, tribu videlicet.* LXVIII.5. *& alibi.*
COL. IVL	*Colonia Iulia.* LXXVII.10.
COL. NAR	*Colonia Narnia.* CLXIII.6.
COLL. FABR	*Collegium fabrûm.* LVII.3. *& alibi*
COM. DOM	*Comes domesticorum*; CXLII.2.
COM. HAB. C	*Comitiorum habendorum causa. in fastis.*
COR	*Cornelia, vtpote tribu*: LXXXII.7. *& alibi sæpius.*
COR. TR	*Cornicularius tribuni.* LVI. II.
CORR. FLAM	*Corrector Flaminiæ*: VII.2. *& alibi.*
COS	*Consul.*
COS. DES	*Consul designatus.*
COS, & CONSS	*Consules.* COST. *Constitit.* CXIX.7.
CONS & aliquando CoS, vt CXLIX.28.	*Consularis.*
CVR. COL	*Curator coloniæ.* LXXIX.7.
CVR. KAL	*Curator Kalendarij.* XLV.6.
CVR. P. P	*Curator pecuniæ publicæ*: LXXIII.4.
CVR. R. P	*Curator Reipublicæ*: LXVII. 6. 8. *& alibi aliquoties.*
CVR. R. P. PIS. ET. FAN.	*Curator Reipublicæ Pisauri & Fani.* XXIIII.9.
CVR. VIAR	*Curator viarum.*

D

D	*Decimus, prænomen.*
D. F	*Decimi filius.*
D. N	*Decimi nepos.*
D. F. D. N	*Decimi filius, Decimi nepos*
D. L	*Decimi libertus.*
D	*Domo, quando locorum nominibus præponitur, vt:*
D. PERVSIA	*Domo Perusia.* LXXXVII.13.
ᗡ	*Domo.* LXXXIX. II.
D. D	*Donum dedit, & aliquando, Dedicarunt.*
D. D. D	*Donum dedit, dedicauit*: XXI.2. *& alibi.*
D. D. L. M	*Donum dedit libens merito.* XXIII.2.
D. M	*Dis manibus*
D. M. S	*Dis manibus sacrum.*
D. I. M. S	*Deo Ioui maximo sacrum.* XVI.8.
D. N: & D̄. N̄	*Domino nostro, in Imperialibus.*
D̄N̄	*Dominus.* CXLVI. 22.
DD. NN	*Domini nostri, de duobus.*
D. N. M. Q	*Deuotus numini maiestatique*
D. N. M. Q. E	*Deuotus numini maiestatique eius.*
D. S. D	*De suo dedit.* CXLVIII.21.
D. S. D. D	*De suo donum dedit.* XIX.6.
D. S. P	*De suo posuit.* CXLVIII.23.
DE. S. P	*De suo posuit: vel de sua pecunia.* VI.18.
D. S. P. P	*De sua pecunia posuit.* CL.16.
D. S. P. F. C	*De sua pecunia faciundum curauit.* XIII.5.
D. S. B. M	*De se bene merenti.* LXXXVIII.7.
D. S. I. M	*Deo Soli inuicto Mithræ.*
D. S. P. V. L. S. L. M	*De sua pecunia votum, iam soluit libens merito: vel: De sua pecunia vouit, idem soluit libens merito.* CXLVIII.12.
DEC	*Decurio.* XXX.13 | LXXXVI.6.
DEC. C. C. COL. AVG. LVG:	*Decurio collegij centonariorum coloniæ augustæ Lugdunensis.* CLXIX.13.
DEC. ORN	*Decuriæ ornamento.* CLXII.11.
DEO. NEM	*Deo Nemausensium.* CLI.5.
DES & DESIG	*Designatus*
DICT	*Dictator.*
DVC. DVC.	*Duce ducenario.* CXLV.8.
Ɔ	*pro* D *positum apparet*: CLXI.12.
D. V	*Deuota Virgo: vel: Deuotus Vir.*

E

E. M. V	LXVIIII.2. *ignoratur.*
E. S	XXV.18. *quid signent nescitur.*
EQ. AVG. N	*Eques Augusti nostri.* XC.8.
EQ. PVB	*Eques publicus, & Equo publico.*
EQ. R: *vel*, EQ. ROM	*Eques Romanus.*
ER. LEG	*Eranista legionis.* XC. 14.16.
EX. A. D. C. A	*Ex auctoritate diui Cæsaris Augusti.* CLXXIIII. *in ponderibus.*
EX. A. Q. I. R. P. V: &	
EX. AVG. Q. IVN. RVS. PR. VR:	*Ex auctoritate Q. Iunij Rustici prætoris vrbani. ibidem.*
EX. B. S	XXXIII.5: *fortè, ex bonis suis.*
EX. C. C	*Ex colonorum consulto, vt puto*: XXXI.7.
EX. FIG	*Ex figlina seu figulina.* CXLVI. 9.13.
EX. D. D	*Ex decurionum decreto.* I.5. | XLIII.10.
EX. D. ORD	*Ex decreto ordinis.* CLVII.9.
EX. PR	*Ex prædio.* CXLVI.9.
EX. S. C	*Ex senatus consulto. passim.*
EX. S. C. TERMIN:	*Ex senatus consulto terminauerunt.*
EX. V	*Ex voto.*
EX. V. P	*Ex voto posuit.* XXV.15.
EXEMPL. DECR. Q. F:	*Exemplum decreti quondam facti.* LXXX.11.
EXERCITA.	*id est Exercitatori.* XXIII. 11
ESQ	*Esquilina, scilicet tribu.* XLVIII.6. | CXXXV.6.

F

F	*Filius; filia: fecit.*
F. C	*Faciundum curauit.*
F. I	*Fieri iussit.*
F. S. PR	I.10: *ignoratur. nisi quod posteriora duo forsan, sumptu proprio.*
F. V. A. M. O. V. L.	CL.3. *Quid notent incertum est.*
FL	*Flauius & aliquando Flauia.*
FR	*Fronte: passim.*
FR. D	LXXXV.9. *ignoratur.*
F. S. PR	I.10. *quid notent incertum est.*
FAB	*Fabia, tribu.* LXXV.4.6. *& alibi.*
FAL	*Falerina, tribu.* XLIIII.12. *& alibi.*
FABR	*Fabrum: passim.*
FEC	*Fecit, fecerunt.*
FEC	LXVIIII.13. *fecialis*
FER. LAT. C	*Feriarum Latinarum causa: in fastis*
FIG	*Figlina*: CXLV.9.13.
FIN. POMER. TERMIN:	*Fines pomerij terminauerunt.* VIII.2. *& alibi.*
FLAM. DIAL	*Flamen Dialis.* LXIII. *fac.* 1.
FLAM. MART	*Flamen Martialis.* IX.2. *& alibi*
FLAM. P. H. C. P. H. C:	CLII. 2. 3. *& in sequentibus, Flamini prouinciæ Hispaniæ citerioris, prouincia Hispania citerior, scilicet dedicabat.*
FOR. COR	*Foro Cornelij.* LXXXVIII.14.
FVL	*Fuluius.* XXXIIII.9.
Ⅎ	*F conuersum, seu digamma Aeolicum, pro* V. VIII.4 *& alibi.*

G

G. F	*Geminæ fidelis.* CXLVII. 22.
G.P. F	*Geminæ piæ fidelis.* LXVI.I. *& alibi.*
GAL	*Galeria, nempe tribu.* XXV.II. *& alibi*
GEM	*Gemina, legionis cognomen.* LXXXVI.I.
GER. & GERM	*Germanicus, in Imperialibus.*
GR	XLVII.5. *nescitur quid sibi velit.*

H

H	*Heres. Hora.*
H. F	*Heredes fecerunt.* CIX.4.
H. F. C	*Heredes faciundum curarunt.* LXXXVII.4.5. *& alibi.*
H. B. M. F. C	*Heres benemerenti faciundum curauit.* LXXXIX.15.
H. A. C. LXXXVII.6.	*forsan, Heres aram curauit.*
H. A. I. REMISIT: LXXVII. 8.	*Honore accepto impensam remisit.*
H. ARA. H. N. S	*Hæc ara heredes non sequetur.* XLV.10.
H.C.D. D	XXXIIII. 8. *Quia principio aliquid deest, ignoratur, forte* IN, *vt sit, In honorem collegij dedicatum.*
HER	*Heredes: passim.*
H. ET. L	*Heredes & liberti.* XCI.7.
HERED.EX.T.F.C	CLXVII.13. *Heredes ex testamento faciundum curarunt.*
H. E.T. F. C	*Ibidem.* 16. *idem notant.*
H. M. H. S	*Hoc monumentum heredes sequetur.* XCV.6.
H. M. H. N. S	*Hoc monumentum heredes non sequetur.* XLIIII.12. *& alibi sæpissimè.*
H. M. H. E. N.S	*Hoc monumentum heredes exteros non sequetur.* XLIIII.2. *& alibi.*
H. M. D. M. A	*Huic monumento dolus malus abest.* CIIII.10.
H. R. I. R	*Honore recepto, impendium remisit.* LXXV.8.
H.M.S.S.E.H.N.S	*Hoc monumentum siue sepulchrum est hæred. non sequ.*
H. S. E	*Hic situs est.* XLV.12. *& alibi*
H. S. S	*Hic siti sunt.*
H. S. F	*Hoc sacellum fecit.* IIII. I.
H. S. P. D. V	CXLVII.14. *Non est qui intelligat.*
H. S. T. N. E	CV.3. *Nescio quid notent. nisi fortè, Hic sita tamen non est.*
H. V. S. R	*Honore vsus, sumptum remisit.* LXXX.II.
HON. VSVS	*Honore vsus.* XLV.6.
HOR	*Horatia, tribu videlicet.* XLIII.6.7. *& alibi.*

I

I. D	*Iure, seu Iuri dicundo.* VII.5. *& alibi.*
I. O. M	*Ioui optimo maximo: passim.*
I. O. M. D	*Ioui optimo maximo dedicatum.*
I. O. M. H	XVI. 13. *fortè Ioui opt. max. Hammoni.*
I. S. C	CL.13. *Iudex sacrar. cognitionum.*
I. S. S	*Infra scripta sunt. alicubi non semel.*
IMM. A. IIII	*Immunis annis quatuor.* XXIII.13.
IMM.II.HON.IIII	*Immunis iterũ, honoratus quartùm.* XXXII.I.
IMP	*Imperator: passim.*
IMP. N	*Imperatoris nostri.* CLXV.*.2.3.
IMPP	*Imperatores, videlicet duo: passim.*
IMPPP	*Imperatores, tres scilicet.* III.2.
IN. AG. P. X	*In agro pedes decem.*
IN. AGR	*In agro.*
IN. FR. P. IIX	*In fronte pedes octo.*
IN. H. D.D	*In honorem dedicatum.* CXLVIII. I.2. *& alibi.*
IN. H. H	*In hoc honore. in fastis.*
IN. H. M	*In hoc magistratu. ibidem.*
IN. M. M. E	*In magistratu mortuus est. ibidem.*
IN. E. L. F. E	*In eius locum factus est. ibidem.*
IN. M. O. E	*In magistratu occisus est. ibidem.*
IN. PR. O. E	*In prælio occisus est. ibidem.*
IN. SING. H	*In singulos homines.* LXXXI.7.
IN.TVT. *vel*, IN TVTEL.	*In tutelam.*
IND	LVII. 3. *ignoratur: nisi fortè separes. sic* IN.D *(licet in ipso marmore nullum intersit punctum) & interpreteris, In decuria, quum corpora & collegia in centurias ac decurias diuisa fuisse certum sit.*
INF. AER. PP. R	*Inferat ærario pontificum Romanorum.* CXI. 2. *& alibi.*
INL	*Inlustris.* IX.5.
II. VIR	*Duumuir, seu duouir: passim.*
I-I. VIR	*pro eodem* I.8.
II. V. D. D	*Duouiris dedicantibus.* CLV. 2.
II. VIR. I. D	*Duumuir iure dicundo.* LXXIII. 2.
III. VIR	*Triumuir: passim.*
III.VIR.A.A.A.F.F	*Triumuir auro, argento, aere flando feriundo.* LXXIX. I. *& alibi.*
III. VIR. R. P. C	*Triumuiri reipublicæ constituendæ in Fastis, &* CXLIII.8.
IIII. VIR	*Quartumuir, seu potius Quadrumuir.*
IIII. VIR. I. D	*Quadrumuir iure dicundo.*
IIII. VIR. A. P	XXV.5 | CLIX. II. 12. 14. *Quid notent incertum est.*
IIIIII. VIR	*Sexuir seu Seuir.* CLIX.17.
IIIIII. VIR. AVG	*Seuir augustalis.* LXXX. 12.
IVL.	*Iulus, prænomen. In Fastis*
IVR. DIC	*Iure dicundo.*
IVR. REG	*Iuridico regionis.* LXXVI.6.
IVVENVM. M	*Iuuenum moderator.* LXXXIIII. 2.

K

K	*Kaeso seu Cæso Fabiorum prænomen. in Fastis &* CXLVII. 2.
K. F	*Kaesonis filius*
K. N	*Kaesonis nepos*
K *seu* KAL	*Kalendæ. passim.*
K.	*Kandidatus.*
KARC	XXXII.3. *Nescitur quid significet.*

L

L	*Lucius, prænomen.*
L. F	*Lucij filius.*
L. N	*Lucij nepos.*
L. F. L. N	*Lucij filius, Lucij nepos.*
L. L	*Lucij libertus.*
L. F	*Lustrum fecerunt. in Fastis.*
L. N. F	*Lustrum non fecerunt. ibidem.*
L. C	*Locus concessus, seu loco concesso.*
L. D. S	*Locum de suo.* CXLVIII. 22.
L. T	X. I. *ignoratur.*
L. D. D. D	*Locus datus decreto decurionum. passim.*
L. Ɔ. Ɔ. Ɔ	*pro eodem, vt puto.* CLXI.12.
L. D. D. C	*Locus datus decreto collegij seu collegarum.* CLIX.15.
L. D. S. C	*Locus datus Senatus consulto.* LXXVIII.5.
L. P. D. D. D	*Locus publicè Decurionum decreto datus.* LXXXIIII. 5.

L. L. P. E	*Libertis libertabus posterísque eorum.* CXVIII. 4.
L. P. V. LAT. P. III	*Longum pedes quinque, latum pedes tres.* CXXXI. 3.
LEG	*Legatus: Legio.*
LEG	CLVIII. 17. *Legauit.*
LEG. AVG	*Legatus Augusti. paßim.*
LEG. AVG. PR. PR	*Legatus Augusti pro pratore:* XXIIII. 8. *& alibi sæpißimè.*
LEG. LEG	*Legatus legionis: paßim.*
LEG. PROV	*Legatus prouinciæ: frequenter.*
LEG. II. TR. FOR	*Legio secunda Traiana fortis.* LXXVII. II.
LEG. VII. CL. GEM. P. FIDEL:	XXXI. 17. *Legionis septimæ Claudiæ geminæ piæ fidelis.*
LEG. S. S	*Legionis supra scriptæ.* LXXXVIII. 16.
LEM	*Lemonia, tribu scilicet.* LXXVII. 12. *& alibi.*
LIB. LIB. Q. POST. Q. E.	*libertis libertabúsque posterísque eorum: paßim.*
LOC. D. EX. D. D	CIII. 7. *Locus datus ex decreto Decurionum.*
L. S	*Libens soluit.* XXX. 5.

M

M	*Marcus. Mensis. Miles.*
M. F	*Marci filius*
M. N	*Marci nepos.*
M. F. M. N	*Marci filius, Marci nepos.*
M. L	*Marci libertus.*
M. M. L	*Marcorum libertus, duorum scilicet.* XX. 15.
M. M. M. LIB	*trium Marcorum libertus.* CXIII. 7.
M. M. ET. Ↄ. L	*Marcorum & Caiarum libertus. ibidem.*
M	*Mater aliquando, vt fol.* CXXXVI. 10. *& alibi.*
M. COH	*Miles cohortis.* LXXXVIII. 5.
M. B	*Municipij Bergomatium.* CLX. 9.
M. S	*Municipi suo, vt opinor.* CLX. 15.
M. R̄	*Municipij Rauennatis seu Rauennatum.* CLXII. II.
M. D. M	XXVII. 10. *Quid notent ambigitur.*
M. D. M. I	*Magnæ Deûm matri Ideæ.* XIX. 10.
M. F. C	*Monumentum fieri curauit.* XCII. 10.
M. P. II	*Milia passuum duo.* II. 4.
M. P. V	*Milia passuum quinque. ibidem.*
M. P. XI	*Milia passuum vndecem.* CXLIIII. 2.
M̄. N	*Milia numûm: paßim.*
M'	*Manius prænomen.* XXXIIII. 6. *& alibi*
M'. F	*Manij filius.*
M'. N	*Manij nepos.*
M'. F. M'. N	*Manij filius, Manij nepos.*
M'. L	*Manij libertus.*
MAM	*Mamercus, prænomen.* LX. *fac.* 2.
MAR	*Marius, prænomen.* CLVII. 9.
MAG	*Magister.* XX. 15.
MAG. EQ	*Magister equitum. In Fastis non rarò.*
MAG. ET. DEC	*Magistris & Decurionibus.* XV. I.
MAG. QVINQ. COLL. FABR. TIGN.	XXXII. 5. *Magister quinquennalicius collegij fabrum tignariorum.*
MAG. X. VIR	*Magister decemuirûm.*
MACH. F. P	XXXII. I. *Non est qui intelligat.*
MERC. AVG	*Mercurio augusto.* XXV. I.
MERV	*Meruit.* XCII. 9.
MIL	*Miles. Militauit. paßim.*
MIL. IN. COH	*Militauit in cohorte.* LXXXVIII. 7.
MIL. LEG. S. S	*Militi legionis supra scriptæ.* CLXVI. 15.
ML. CL. PR. RA	*Miles claßis prætoriæ Rauennatis.* CLXV. * I.
MVL	*Mulier* XLIIII. 6. *Et alicubi Mulio.* CI. 5.
MVN. SASS	*Municipij Saßinatium.* LXXV. 10.

N

N	*Natione.* CLXV. *. 3.
N & N̄ & NEP	*Nepos* LV. 10. 12. *& alibi.*
N & N̄	*Numeralibus literis præposita, notant* NVMERO, *vt fol.* XXVII. 8. N̄. IIII. *Numero quatuor.*
N̄	*Nautarum.* CLVII. 15.
N. L. F	CIII. 7. *ignoratur.*
N. P. C	CLVIII. 10. *Non est qui legat.*
N. MONVM	*Nouum monumentum.* LXXXVIII. 14.
N	*Numerius, prænomen: in Fastis & alibi.*
N̄S	LXXXVII. 5. *fortè etiam Numerius.*
NAT	*Natione.* XCI. 9 *& alibi*
NAT. GAL	*Natione Gallus.* CIX. 16.
NER	VII. 4. *Nescio an Neratius legi poßit, forsan, Nero.*
NON. TRAS. H. L	*Non transilias hunc locum.* CVI. 14.
NVM. DOM. AVG	*Numini domus Augustanæ.* XXIX. 3.

O

O. D. S. M	*Optimè de se merenti.* CXI. 12.
O. E. B. Q. C	*Ossa eius bene quiescant.* CXXII. 16.
O. H. S. S	*Ossa hîc sita sunt.* CI. 5. *& alibi.*
OB. HON	*Ob honorem.* XXXIIII. 9.
OB. HON. AVGVST	*O' norem Augustalitatis.* XLIX. 9.
OB. AN. L	*Obijt anno quinquagesimo.* CLXVI. 19.
OCR	*Ocriculana, tribu.* CXLVI. 21.
OFF	*Officinarius.* CXLVI. 12.
OPVS. DOL	*Opus doliare.* CXLVI. 13. 14.
ORD. RET	*Ordine retrogrado.* CLVII. 9.
OVF	*Oufentina, tribu:* XIII. 8. *& alibi.*
OVF. MED	CLIX. 10. *Oufentina, Mediolano: tribu scilicet & patria.*

P

P	*Pater. Pontifex. Posuit. Publius. Puer.*
P. F	*Publij filius.*
P. N	*Publij nepos.*
P. F. P. N	*Publij filius, Publij nepos.*
P. L	*Publij libertus.*
P. B. L	CLXV. 14. *Quid notent non constat.*
P. C	*Patrono coloniæ.* LXXVII. 10. LXXVIII. 2.
P. C	*Patrono corporis.* LVIII. I.
P. C	*Ponendum curauit, seu curarunt.* CLXIX. 13. 15. *& alibi.*
P. C̄	*Post consulatum.* CXLII. 16.
P. F	*Pius, felix, in Imperialib.*
P. F	*Pia fidelis, legionum epitheta: in militarib.*
P. M & PONT. MAX	*Pontifex maximus. paßim.*
P. M vel P. M̄	*Plus minus.* CIII. 17.
P. P	*Pater patriæ: in Imperialib. paßim.*
P̄P̄	*Idem notant.* III. 4.
P. P	CIII. 15. *fortè Patris parentis.*
P. P	CLI. 16. *Pater patrum.*
P. P	*Pecuniæ publicæ.* XCV. 4. 6.
P. P	*Publicè posuit.* XIX. 8.
P. P	CXLIIII. 9. *videntur notare: Præf. Prætorio.*

P. P. P	*Præfect. Prætorio Prouinciæ.*
P. P	LXXV. 9. & LXXVII. 7. *Idem notare videntur.*
P. H. C	*Prouinciæ Hispaniæ citerioris.* CLII. 2.3.4.
P. P. HISP. CIT	*Præses prouinciæ Hispaniæ citerioris* CLVI. 2.
P. P. P. H. C. *vel* T	*Præfect. Prætorio Prouinc. Hispaniæ Citerior. vel Tarraconens.* CLVI. 7.
P. P. H. T	*Præses prouinciæ Hispaniæ Tarraconensis.* CLVI. 7.
P. D. D	LXXIX. 6. *Publicè dono datum seu dedicatum: aut, Posita decreto Decurionum.*
P. R	*Populus Romanus. paßim.*
P. S. F	*Pecunia sua fecit. paßim.*
P. V	*Piæ victricis.* XXII. 8 | *& alibi.*
P. F. P	III. 2. *Quid signent haud constat.*
P. P. P. C	LXXVII. II. *Similiter ignorantur, nisi fortè legere audeas: Patrono perpetuo coloniæ.*
P. V. B. P. R. Q	XIX. II. *Et hæc, non est qui interpretetur.*
P. M. SALONIEI. TI. F	*Hæc hoc modo dissoluenda esse puto:* P. SALONIVS. TI. F. & M. SALONIVS. TI. F
P. POR	*Publij por seu puer, pro seruo.* CXL. 10.
PAL	*Palatina, tribu.* XIIII. 13. *& alibi sæpißimè.*
PAP & PAPIR	*Papiria, tribu* XXXI. 17 | LXXIII. 1. *& alibi*
PART. MAX & PARTH. MAXIM.	*Parthicus maximus. paßim.*
PAT. COL. & PATR. COL.	*Patrono coloniæ.* LXXVII. 12. LXXVIII. 3.
PEC *seu* PEQ	*Pecunia seu Pequnia. paßim.*
PED	*Pedes. paßim.*
POL	*Pollia, nempe tribu:* LXXV. 12. *& alibi.*
POM & POMP & POMPT:	*Pomptina, scilicet tribu.* XLI. II. | LXXVI. 6. *& alibi non rarò.*
POB *seu* PVB	*Poblicia seu Publicia tribu.* XI. II. | LXXX. 8. *& alibi persæpe.*
POST	*Postumus, prænomen.* VII. 4. *& alibi.*
PR	*Prætor.* XI. II. *& alibi frequenter.*
PR. K	*Prætori Kandidato.* LXVIIII. 4.
PR. Q & PR. Q	*Prætori Quæstori: aut, Præfecto quinquennalicio.* LXXXI. 1. 2.
PR. PR	*Præfectus prætorio.* XXIIII. I. *& alibi sæpius.*
PR. I. D. AVX	*Præfectus iure dicundo Auximi.* LXXVII. II.
PR. IVV	*Præfectus iuuentuti, seu iuuenum.* LXXIII. 3.
PR. AER	*Præfecti aerario.* CXLV. 13.
PRAEF	*Præfectus. paßim: Præfectura.* LV. 3.
PR. P. F	*Primigeniæ, piæ fidelis.* CXLIX. 15.
PRO. COS	*Pro consule. Millies*
PRO. PR	*Pro prætore. Sæpißimè.*
PRON & PRON	*Pronepos. paßim.*
PVP.	*Pupinia tribu.* LXVII. 3. | LXXV. 8. 9.
PRO. XX. HER	*Procurator vigesimæ hereditatum.* CLVI. 14.

Q

Q	*Quintus prænomen. Quæstor. Qui.*
Q. F	*Quinti filius, siue, Quod factū vt fol.* LXXX. II
Q. N	*Quinti nepos*
Q. F. Q. N	*Quinti filius, Quinti nepos.*
Q. L	*Quinti libertus.*
Q	*Qui* LXXXIX. II.
Q	*Quæstori.* CLIX. 15.
Q. ALIM	*Quæstori alimentorum.* CXLVII. 22.
Q. K	*Quæstori kandidato.* LXVIII. 7.
Q. PR	*Quæstori prouinciæ.* CXLIX. 28.
Q. VRB	*Quæstor vrbanus.* XCVII. 13.
Q. Q. CORPORIS	*Quinquennalicius corporis.* C. 7.
Q. Q	*Quinquennalicij.* IIII. 5. *& alibi.*
Q. Q. P. P.	*Quinquennalicij perpetui.* XXVII. 10.
Q. Q. II	*Quinquennalicio iterum.* XXXII. 1.
Q. I. S. S	*Quæ infra scripta sunt.* LXXIX. 1.
Q. IF. S. S	*Qui infra scripti sunt.* XLVII. 4.
Q. D. E. R. F. P. D. E. R. I. C:	*Quod de ea re fieri placuit; de ea re ita censuerunt.* LXXXIII. 10.
QVI & QVIR	*Quirina, tribu videlicet:* XII. 6. | XLIIII. 13.
Q. HH. S	*Qui heredes sunt.* CXIX. 3.
QVINQ	*Quinquennalitatis.* XXV. II.

R

R. F. C	XXIII. 16. *Quid notent ignoro.*
R. G. C	*Rei gerundæ caussa. in Fastis sæpe.*
R. P & RES. P	*Respublica. paßim.*
REI. P	*Reipublicæ.*
R. P. C	*Rei publicæ constituendæ.* LXIII. *in Fastis.*
REI. P. TIF. TIB	*Reipublicæ Tifernatium Tiberinorum.* LXXIIII. 14.
REM. P. N	*Rempublicam nostram.* XV. 1.
R. VER	*Reipublicæ Veronensis.* CXLVIII. 16.
R. P. H. V	CXLVII. 17. *Quid signent non liquet.*
RAT. S. R	*Rationalis sacrarum rationum, vt puto,* LVIII. 2.
REG	*Regione.* LXXXVI. 7.
ROM	*Romilia, tribu.* LXXV. 3. | LXXXVIII. 10.
R. R. PROX. CIPP	*Ruderibus reiectis proximum cippum seu proximo cippo.* VIII. 3.
RVF	*Rufius: & Rufia,* XIX. 13. *& aliquando Rufus.*
REST. A. CAMB. M. P. XI.	*Restituerunt à Cambidono, vt Munstero videtur, Millib. paß.* XI. CXLV. ✱. 1.

S

S	*Sextus, prænomen.* CVI. 14.
S	*pro eodem.* LXXXVII. 16 | LXXXVIII. 9.
S	*nominibus proprijs postpositum, seruum vel seruā notat, vt f.* CXXXIX. II. LARONIAE. S
S. C	*Senatus consulto: paßim.*
S. VE. C	*Senatus ve consulto.* LII. 6.
S. C. F. C	*Senatus consulto faciundum curauit, seu curauerunt.* VI. 14. *& alibi.*
S. S	*Sanctus senatus.* CLIII. 2.
S. S & S. S	*Supra scripti.* XXXIIII. 10 | CXVII. 13.
S. S. S	*Supra scriptæ summæ.* IIII. 5.
S. S. T. N	*Supra scriptorum tantùm nomine.* XLV. 10.
S. L. M	*Soluit lubens merito.* CXLVIII. 20.
S. P. F	*Sua pecunia fecit* XXVI. 4. *& alibi.*
S. P. F. C	*Sua pecunia faciendum curauit.* XIII. 10.
S. P. D. D	*Sua pecunia donum dedit.* XX. 13.
S. P. P. D. D	*Sua pecunia posuit, donum dedit.* CXLVII. 2.
S. P. Q. L	*Senatus populúsque Lanuuinus.* LXXIX. 5.
S. P. Q. R	*Senatus populúsque Romanus. paßim.*
S. T. T. L	*Sit tibi terra leuis.* CII. 14. *& alibi.*
S. V. T. L. H. F. C	*Sit vobis terra leuis: heredes faciundum curarunt.* CXLVII. 14.
S. V. P	*Sibi viuens posuit.* CLXIX. 14.
SAB	*Sabatina, tribu.* XC. 5. *& alibi.*
SAC	*Sacerdos.* XXVII. 14.
SAC. VG	*Sacerdos virginis, vt puto.* CXLII. II
S. SOL	*Sacerdos Solis.* CXLIX 19.
S. P. P. S.	*Sacris publicis præsto sunt.* XXXIIII. 8.
SAL	*Salutem.* XV. 1.

SARM	*Sarmaticus. in Imperialib. passim.*
SCA & SCAPT	*Scaptia, nempe tribu.* LXXXVI.4. | XCIII. I.
SEQ	*Sequanus.* CXLVII. 6.
SER & SERG	*Sergia, tribu scilicet.* LXXIIII.6. *& alibi.*
SER	*Seruius, prænomen.* VI.4. | XLIIII.6. *& alibi.*
SER	*Seruus.* VI. 4. *versu vltimo* | XXVII. 2. 12. *& alibi.*
SERT	VII.4. *prænomen, fortè Sertorius.*
SER. AC.	*forsan, Seruus actuarius.* XXIII. 10.
SER. OFF	*Seruo officinario.* CXLVI.3. 11.
SED. S. C	*Seditionis sedandæ caussa. in Fastis.*
SEV. AVG	*Seuiro augustali.* LXXIX. 2.
SEX	*Sextus, prænomen. passim*
SEX. F.	*Sexti filius*
SEX. N	*Sexti nepos*
SEX. F. SEX. N	*Sexti filius, Sexti nepos.*
SEX. L	*Sexti libertus.*
SEXT	*Sextilis, mensis.* LXIII. *in triumphis.*
SIG. LIB	*Signum liberi.* XXVII. 14.
SIL	*Silius.* XC.4.
SING. ✱. II	*Singulis denarios binos.* XXXII. I.
SP	*Spurius, prænomen:* XVII. 11. *& alibi nō rarò.*
SP. F	*Spurij filius.*
SP. N	*Spurij nepos.*
SP. F. SP. N	*Spurij filius, Spurij nepos.*
SP. L	*Spurij libertus.*
SPEC. LEG	*Speculator legionis.* XCI. 6.
SPL. EQ. R	*Splendidissimo equiti Romano.* LXXX. 5.
STE & STEL	*Stellatina, tribu:* LXXVII. 5.6 | CXLVII.20.
STIP	*Stipendiorum seu stipendiauit.*
STIP. AN. VI	*Stipendiauit annis sex.* CLXVI. 15.
S⸸	CLXVII.13.14. *Stipendiorum.*
SVB *quæ* & SVC	*Suburana seu Succussana, tribu videlicet:* LXXXVIII. 12. | L.3.4. *& alibi.*
ꟻS	LXXVI.4. *Sestertij nota est, quæ aliâs* H̶S̶. *&* H̶S̶ *&* L̶I̶S̶. *&* IIS. *&* L-S-S *&* L-S *&* ꟻS
SVM. MAG	*Summus magistratus seu Summi magistri.* XXI. 12.

T

T	*Titus, prænomen.*
T. F	*Titi filius*
T. N	*Titi nepos.*
T. F. T. N	*Titi filius, Titi nepos.*
T. L	*Titi libertus.*
T. T. L	*Titorum libertus.* XVIII. 10.
T	*Turma.* CLXV. ✱.3.
T. AVG	*Tutelæ augustæ.* CLI. 2.
T. F. I	*Testamento fieri iussit:* LXXV. I. *& alibi*
T. P. I	*Testamento poni iussit.* LXXXVII. I.
T. LEG. III	*Tribunus legionis tertiæ.* CXLVIII. 24.
T. LEG. III. ITAL	*Tribunus, aut Tibicen leg.* III. *Italicæ.* CLXVI. 23.
TAB	*Tabularius.* CIII.13.
TABVL. P. H. C	*Tabularius prouinciæ Hispaniæ citerioris.* CL. 18.
TABVL. XX	*Tabularius vigesimæ.* CIIII. I. *& alibi.*
TER.	*Terentina, tribu:* LXXV.2. *& alibi.*
TI	*Tiberius, prænomen.*
TI. F	*Tiberij filius.*
TI. N	*Tiberij nepos.*
TI. F. TI. N	*Tiberij filius, Tiberij nepos.*
TI. L	*Tiberij libertus.*
TON	*Tonsor.* CVI. 14.
TR. MIL	*Tribuni militum. in Fastis, & alibi Tribunus militum.*
TR. PL	*Tribunus plebis.* XI. 11. *& alibi passim.*
TR. PL. DESS	*Tribuni plebis designati.* XVI. *in tabula.*
TR. POT. *seu* TRIB. POT.	*Tribuniciæ potestatis, seu Tribunicia potestate: in Imperialib.*
TRIB. SVCC	*Tribus Succussana.* L. 3.4.6.
TRO	*Tromentina, tribu:* LXXVI.2. *& alibi.*
TRVN. PPP.	CV.17. *Trium Publiorum, vt puto.*
TVL	*Tullus, prænomen.*
TVR	*Turma.* XC.8 | CLXV. ✱.2.
Θ & θ	*Nominibus præpositum, mortuum seu mortuam significat.*
Θ. K	Θεοῖς καταχθονίοις.

V

V	*Volerus, Volusus aut Vopiscus prænomen:* VII. 4.
V	*Nominibus proprijs in sepulchralibus aliquando præpositum, viuum denotat, vt:* XCVIII. 5. *& alibi non rarò.*
V. F	*Viuens, seu viuus aut viua fecit.* CXXXVII. 16.19. *& alibi.*
V. F. S. ET. S	*Viuens fecit sibi & suis.* CLXX. 12.
V. P & V. POS	*Viuens posuit.*
V. B	*Viro bono, vt puto:* LXXIIII.2.
V. C & V̄. C̄	*Vir clarus, seu clarissimus. passim.*
V. E	*Vir egregius, aut excellens.* LVII. 4.5.
V. P & V̄. P̄	*Vir patricius aut perfectus.* XXI. 14. | LXXXIIII. 3.
V. P. P. P. H	*Vir perfectus, Præses prouinciæ Hispaniæ.* CLV. 6.
VE FL. AVG. P-P.	*Vir excellens, seu egregius, flamen Augusti, seu augustalis perpetuus.* LXVIIII. 13.
V. S	*Votum soluit.* CXLVII. 4. *vel voto suscepto.* XXX. 5.
V. L. S	*Votum libens soluit.* XXII. 8 | XXVIII. 6.
V. S. L. M	*Votum soluit libens meritò.* XVIII. 16.17.
V. S. P. L. L. M	XXXII. 17. *Votum soluit publicè, libens meritò. alterum enim* L. *superfluum esse reor.*
V. D. D	*Voto dedicatum.* XIX. 7.
V. S. C	*Votum solui, seu soluendum curauit. ibidem.*
V̄. S. I	*Vice sacra iudicans.* XII. 13.
V. V	*Valens victrix, legionum epitheta.* LXXIII.8. | XC.3.
V. V	*Virgini Vestali.* XLVI.12. *& alibi.*
V. V. MAX	*Virgini Vestali maximæ:* XLVI. 8.9.10.11. 13. *& alibi.*
V. V. E	*Vobis visum erit, vt opinor.* LXXXI.7.
V. V. C. C	*Viri clarissimi & virorum clarissimor.* CXLV. 11.
VAL.	*Valerius, nomen proprium.* LII.4. *& alibi.*
VAL. BYZAC	*Valeriæ Byzacenæ.* LXVIIII.7.
VEL	*Velina, scilicet tribu.* LXXIII.2. *& alibi.*
VET.	*Veturia, tribu.* XX.6. *& alibi.*
VET.	*Veturius, nomen proprium.* XCIII.8 | CIII.15.
VET	*Veteranus. passim.*
VET. AVG	*Veteranus Augusti. passim.*
VET. LEG. II	*Veteranus legionis secundæ.* CLXVI. 15.
VIR. DIANAE	*Virgini Dianæ.* CXLVI. 16.
VOL	*Volusus, prænomen.* LX. *fac. altera.*
VOL. F	*Volusi filius*

VOL. N	*Volusi nepos.*
VOL. LXXXIII. 8.	*& alibi sæpius. &*
VOLT. C. 12. & VOT. CXXX. 21.	*Volitina, tribu.*
VOLER	*Volerus prænomen.* LX. *facie* 2.
VOLER. F	*Voleri filius.*
VOLER. N	*Voleri nepos.*
V̄Ī. VIR	*Sexuir, seu Seuir.* I. 1. *& alibi sæpissimè.*
V̄Ī. VIR. AVG	*Seuir augustalis. passim.*
V̄Ī. VIR. VRB	*Sexuir Vrbini.* CLIX. 13. 15.
V̄ĪĪ. VIR. EPVL	*Septemuir epulonum.* VI. 6. *& alibi.*
V̄ĪĪĪ. VIR	*Octumuir.* CXLVII. 6.
⚲. AN & ⊖. AN	*Vixit annis, seu mortuus est anno.* CLXVI. 15. 16. | CLXX. 11.

X

X̄	*Decimus prænomen.* CLI. 5.
X. VIR	*Decemuir.* LXV. 6. *& alibi aliquoties.*
X̄V. VIR. SAC. FAC	*Quindecemuir sacris faciundis.* XIX. 13.
XX̄. HER	*Vigesimæ hereditatium.* LXXX. 7.
✱ & X & ✱ ✗✗✗	*Denarij notæ sunt, passim occurrentes pro* XXX. XLIII. 4.

NVMERORVM NOTÆ, ANTIQVITVS MAGIS QVAM NVNC VSVRPATAE.


IV	*pro* IIII
IIIIII *aut* IIIIII	*pro* VI
IIX	*pro* VIII
XXXX	*pro* XL
XXC	*pro* LXXX
CD *vel* CƆ	*pro* CCCC
D *vel* Ɔ	*pro* CCCCC
∞	*pro* M, *Mille.*
M XLVII. 1.	*pro Mille.*
CIƆ *aut* ↀ	*pro eodem.*
∞ ↁ	*Quatuor milia.* CXIX. 7.
ↁ *aut* ↁ	*Quinque milia.*
ↂ *aut* ↂ	*Decem milia.*
ↂ ↁ	*Quindecem milia.*
ↂↂ *aut* ↂↂ	*Viginti milia. & sic deinceps.*
	Huiusmodi notas reperias. LXXIIII. 4. | CXI. 7. CXXVI. 5. | CXXXVI. 12. *& alibi.*
= =	*Vnciarum notæ esse putantur.* LXXIX. 6. | CXIX. 10.

FINIS.

Prope Farfarum fluuium *in Sabinis, 2° à castello, quod adhuc* Currese *à Curibus vocatur, miliario, ad viam publicam, ex marmore candidissimo, & litera pulcherrima. Altum pedes* IIII. *latum ped.* IIS.

In Ciuitate Castellana *Faliscorum oppido Tabula marmorea. Ego ipse vidi & exscr.*


1



Fuit autem, vel miliariũ, nam ibi concurrunt viæ tres: vel terminus in agrum Curensem & Sabinum.

Stephanus Viuandus Pighius Campensis exscripsit.

2



In via Flaminia, 3° *aut 4° lapide à Foro Sempronij, Vrbinum versus, Metaurus fluuius inter duos excelsos montes labitur, iuxtaq; via iacet, quam necesse fuit muniri, & pro loci natura nonnunquam fulciri: & in eam rem extant antiquissima murorum ex quadrato lapide vestigia, à templo Sᵗᵉ Mariæ del ponte, vsq; ad locum quem Cagli vocant. Imò ipsa montis (Apennini scilicet) pars, quæ viam occupabat, à Cæs. Vespasiano, ad 200: passus in modum arcus ac fornicis excauata est, vti sequens titulus vetustate penè absumptus indicat. Porro locum ipsum Furló nunc vocant, fortassis Forulum.*

Ant. Morillonius & alij nonnulli viderunt & exscripserunt.

3 IMP. CAESAR. AVGVSTVS
VESPASIANVS. PONT. MAX
TRIB. POTEST. VII. IMP. XXVIII. COS. VIII.
CENSOR. FACIVND. CVRAVIT.

Tibure, *in domo Io. Galini Cencij.*

Ant. Morill. exscripsit.

4 C. RVSTIVS. C. F. FLAVOS. ITER
L. OCTAVIVS. L. F. VITVLVS
IIII. VIR. D. S. S.
VIAM. INTEGENDAM
CVRAVER

Sub Tibure
Loco qui vulgò Cassano dicitur.

6 IMP. CAESAR
DIVI. F. AVGVST
C ∞ I. P. CCCXX.

Ant. Morillonius exscr. & dimensus est. *Totidem passus à vicinis ruinis ædificij antiqui.*

Foro Sempronij *in Piceno seu Marchia Anconitana.*

Ioannes Metellus Sequanus, ab alijs accepit.

5 AVGVSTALES. VI. VIR
C. PESCENNIVS. CLEMENS
L. VETTIENVS. C. F. TIRO
L. MAENVS. L. L. PHARNACES
C. VERNASIVS. C. L. TVMOLPHVS
C. VEIACVS. C. L. EPAPHRA
L. LVCILIVS. ɔ. L. CHRESTVS
CN. VETTIDIVS. CN. L. OPTATVS
C. VTTIEDIVS. C. L. QVARTIO
C. CVPPIENVS. C. L. SVCCESSOR
L. MAENVS. L. L. ATHOBVTIVS
L. CATELLIVS. L. L. BARBARVS
SEX. FIRMIVS. SEX. L. PRIMIO
CN. RVSTIVS. CN. L. CLARVS
VIAM. LONG. P. ∞CLXV. EX. D. D.
OB. HONOREM. SEXVIRATVS
SVA. PECVNIA. SILICE. STERNEND
CVRARVNT

Anagniæ in Latio, in summo templo, in duabus tabulis marmoreis, æqualibus: quarum vni primus: alteri verò postremus versus deest.

Ego ipse legi atq; exscripsi.

[7] IMP. CAESAR. DIVI. MARCI
ANTONINI. PII. GERM. SARMATICI
FILIVS. DIVI. COMMODI. FRATER. DIVI
ANTONINI. PII. NEPOS. DIVI. HADRIANI
PRONEP. DIVI. TRAIANI. PARTHICI
ABN. DIVI. NERVAE. ADNEP.
L. SEPTIMIVS. SEVERVS. PIVS. PERTI
NAX. AVG. ARABIC. ADIAB. PARTHIC. MAX.
PONTIF. MAX. TRIB. POT. XV. IMP. XII. COS. III. P. P. ET
IMP. CAESAR. IMP. CAESARIS. L. SEPTIMI
SEVERI. PII. PERTINACIS. AVG. ARABICI
ADIAB. PART. MAX. FIL. DIVI. MARCI. ANTO
NINI. PII. GERM. SARM. NEPOS. DIVI. ANTO
NINI. PII. PRONEPOS. DIVI. HADRIANI
ABNEPOS. DIVI. TRAIANI. PARTH. ADNEP.
M. AVRELIVS. ANTONINVS. AVG
PIVS. FELIX. PONTIF. TRIB. POT. X. IMP. II. COS. III. DES
FORTISSIMVS. AC. SVPER
OMNES. FELICISSIMVS
PRINCEPS
VIAM. QVAE. DVCIT. IN. VILLAM. MAGNAM
SILICE. SVA. PECVNIA. STRAVERVNT

Prius erasa, sed postea restituta

Allifani in Campania, in angulo parietis summi templi.

Sacerdos quidam Anagninus exscripsit.

[8] L. APPVLEIVS
C. F. ANI. NIGER
II. VIR
CVRATOR. VIARVM
STERNENDARVM
PEDVM. DECEM
MILLIA. VIAM
SVA. PECVNIA
FECIT

Suessæ in Campania: medio itinere inter Capuam & Formias. fragm. cippi marmorei, litera palmari.

Steph. Pighius vidit & exscr.

[9] RTHICI. FIL
DIVI. NERVAE. NEP
TRAIANI. HADRIANI
AVG. PONTIF. MAX.
TRIB. POT. VI. COS. III.
VIAM. SVESSANIS
MVNICIPIBVS
SVA. PEC. FECIT.

In Pedemonte, ditionis Neap. loco. Ex libro Io. Pontani.

[10] FABIVS. MAXIMVS. V. C. RECT. PROV
F * S. PR. VIAS. HERCVLIS. OB. TERR
AEMOTVS. EVERSAS. RESTITVIT. A. FVN
DAMENTIS.

* In alio exemplari inter F. & S spatium trium aut quatuor literarum erasarum spectatur.

Tegeani in Calabria. Ex eodem Pontani libro.

[12] VIAM. FECEI. A. RHEGIO. AD. CAPVAM. ET. IN
EA. PONTEIS. MILIARIA. TABELLARIOSVE
POSEIVI. SVNT. A. RHEGIO. AD. CAPVAM. MIL.
CCLXXXV. HINCCE. AD. COLVMELLAM. MILIARIA
CCX. A. BIBONA. AD. LOCROS. MILIARIA. XXXXV.
A. FRETO. AD. SYLLAM. MILIARIA. LX. IDEMQVE
FECEI. VT. EX. AGRO. POPLICO. ARATORIBVS
CEDERENT. PASTORES.

Capuæ in Campania, in ponte Vulturni fluminis, litera coacta ac declinanti, nec digna seculo Antonini, sed forsitan à posteris restituta.

Steph. Pighius exscripsit.

[11] IMP. CAESAR. AVG. M. AVRE
LIVS. ANTONINVS. PIVS. FE
LIX. AVG. PARTHICVS. MAX
BRITANNICVS. MAX. P. M. P. P.
COS. III. DES. IIII.
VIAM. INVNDATIONE. AQVAE
INTERRVPTAM. RESTITVIT

Plura huius generis habentur infra, fol. cxlv. 1. 2. 3. 4. 5. 6.

Ledeſmæ,*in Hiſpania (quam Bletiſam antiquitus fuiſſe autumant) in æde diuæ Mariæ.*


1

IMP. CAESAR. AVG. PONTIF
MAXIM. TRIBVNIC. POT. XXVIII.
COS. XIII. PATER. PATR.
TERMINVS.AVGVSTAL.INTER
BLETISAM.ET.MIROBR. ET. SALM.

Miſſa fuerunt hæc ex Hiſpanijs ab Alfonſo Caſtro Canonico Salamantinenſi, qui diligentiſſimè ac nitidiſſimè deſcripſerat.

In Luſitania *(quam Portugalliam nunc vocamus) in via militari* ad Emeritam Auguſtã, *à militibus emeritis ab Aug. Cæſare deductis ſic appellatam, Romanorũ quondam nobiliſſimam coloniam: ſingula miliaria ſingulis columnis diſtincta ſunt, quarum vna, hanc inſcriptionem habet.* *Cluſius ſcribit eſſe prope Caparram.*

2



Ex harum columnarũ diſtantia compertum eſt, ſpatium ab Hiſpanis Leucam appellatũ paſſuum non tribus, vt vulgò etiam docti opinantur, ſed quatuor miliaribus, ſeu paſſuum milibus conſtare.


Alijs columnis omnibus, etiã ſuus miliarium numerus additus eſt, etiamſi titulo hoc Imperatoris careant.

Deſcripſit & Car. Cluſius.

Apud Batauos *extra* Hagham Comitis, *in villa domini Hippolyti Apſychei, Præſidentis Lewerdiæ, in lapide miliario ex monaſterio quodam intra Delphos & Hagham Comitis, quod Syon vocatur, ablato, hac forma.*

Steph. Pighius legit atq; exſcr.

3



Ibidem *in alia via antiqua lapidibus ſtrata, quæ ducit ab Aquiflauis (quod oppidulum nunc Chiaues vocant) ad oppidum Bragas appellatum, ſimiles columnæ extant; quarum duæ, quæ ad ædiculam Angeli cuſtodis à poſteris data opera aduectæ ſunt, hoc pacto inſcriptæ ſunt.*

Prior ſic.

4

IMP. CAES. TRAIANVS
HADRIANVS. AVG
P. M. TR. POT. XX. REFECIT
AQVIS. FLAVIS
M. P. II

Altera verò ſic.

5

IMP. CAES. TRAIANVS
HADRIANVS. AVG. P.
M. TR. POT. XX. REFECIT
AQVIS. FLAVIS
M. P. V.

Duo hiſce ſimilia habes infra fol. cxliiij. 1.2.

Romæ in Quirinali, *ad malum Punicum.*

Ex Marliano.

[6]

INTER. DVOS
PARIETES
AMBITVS. PRIVAT
FLAVI. SABINI

Fianellæ *in Sabinis*
Cippus è Tiburtino.

Steph. Pighius exscr.

[7]

VIA SIVE. AGER. EST
INFRA. FONTEM
Q. MAELI. CERDONIS
LONGVM. P. CCC. LATVM
P. X. VSQVE. AD. RIVOM
CONSVLETM. PRIVATA
EST. Q. MAELI. CERDO
NIS

Stimigliani *in Sabinis.*
Cippus è Tiburtino.

Ego ipse vidi & exscripsi

[8]

PER. HANC
VIAM. FVNDO
C. MARCI. C. L
PHILERONIS
ITER. ACTVS
DEBETVR

Huic adponi haud malè posset, quod infra habetur fol. cxlv. 18.

Romæ *in* ponte Fabricio, *quem Quatuor capitum nunc vocant.*

1

L. FABRICIVS. C. F. CVR. VIAR
FACIVNDVM. COERAVIT
IDEMQVE
PROBAVIT
Q. LEPIDIVS. M. F. M. LOLLIVS. M. F. COS. EX. S. C. PROBAVERVNT

Egomet legi & exscripsi.

Ibidem *in tabula marm. quæ est in* ponte Cestio, *quem S^ti Bartholomæi, à vicino templo nunc appellant.*

2

DOMINI . NOSTRI . IMPERATORES . CAESARES
FL. VALENTINIANVS. PIVS. FELIX. MAXIMVS. VICTOR. AC. TRIVMF. SEMPER. AVG. PONTIF. MAXIMVS ∅
GERMANIC. MAX. ALAMANN. MAX. FRANC. MAX. GOTHIC. MAX. TRIB. POT. VII. IMP. VI. CONS. II. P. P. P. ET ∅
FL. VALENS. PIVS. FELIX. MAX. VICTOR. AC. TRIVMF. SEMPER. AVG. PONTIF. MAXIMVS ∅
GERMANIC. MAX. ALAMANN. MAX. FRANC. MAX. GOTHIC. MAX. TRIB. POT. VII. IMP. VI. CONS. II. P. P. P. ET ∅
FL. GRATIANVS. PIVS. FELIX. MAX. VICTOR. AC. TRIVMF. SEMPER. AVG. PONTIF. MAXIMVS ∅
GERMANIC. MAX. ALAMANN. MAX. FRANC. MAX. GOTHIC. MAX. TRIB. POT. III. IMP. II. CONS. PRIMVM. P. P. P ∅
PONTEM. FELICIS. NOMINIS. GRATIANI. IN. VSVM. SENATVS. AC. POPVLI. ROM. CONSTITVI. DEDICARIQVE. IVSSERVNT ∅

Ibidem in eodem ponte *in basi, literis huiusmodi rudibus atq; inæqualibus.*

3

BENEDICTVS ALME
VRBIS SVMM9 SENAT
OR RESTAVRAVIT HVN
C PONTEM FERE DIRV
TVM

In ponte Salario, 3° *ab vrbe lapide; super Anienem strato, duæ inscriptiones sunt. Prior hæc est. literis oblongis ac malè proportionatis.*

4

CLASS. PR. MIS. IN VSVM. HEREDES VERO PATVL. DIOC. MVLCTENTVR SORTE
VNA CVM ANATOCISMO BINAE CENTESIMAE VSVRAE PROPTER NEGLECTAM
RELIGIONEM SEPVLCHRORVM CLAM DIRVTOR. PAVPERESQ. MILITES
CLASS. PR. MIS. DONATI SINT DVM AEGRESCVNT ET MORIVNTVR NEAERE
CONLATO CVRENTVR SEPELIENTVRQ. QVAM SENTENTIAM SANCTAM ESSE
OMNES SCIVNTO IDQ. TOTVM TESTATVR MARMOR

DONATIO LOCI. AD PHETRIVM STRVEND.

Romæ, apud Card. Maphæium, tabula marmorea, alta palmos. IIIS. lata. VIS. crassa digitos. III. reperta apud Cærетes anno ∞.Ͻ.XLVIII.

VESBINVS. AVG. L. PHETRIVM. AVGVSTALIBVS
MVNICIPI. CAERITVM. LOCO. ACCEPTO. A RE. P
SVA. INPENSA. OMNI. EXORNATVM. DONVM. DEDIT
DESCRIPTVM. ET. RECOGNITVM. FACTVM. IN. PRONAO. AEDIS. MARTIS
EX. COMMENTARIO. QVEM. IVSSIT. PROFERRI. CVPERIVS. HOSTILIANVS. PER. T. RVSTIVM. LYSIPONVM
SCRIBAM. INQVO. SCRIPTVM. ERAT. IT. QVOD. INFRA. SCRIPTVM. EST
L. PVBLILIO. CELSO. II. C. CLODIO. CRISPINO. COS. IDIBVS. APRILIB
M. PONTIO. CELSO. DICTATORE. C. SVETONIO. CLAVDIANO. AEDILE. IVRI. DICVNDO. PRAEF. AERARI. COMMENTARIVM. COTTIDIANVM. MVNICIPI
CAERITVM. INDE. PAGINA. XXVII. KAPITE. VI
M. PONTIVS. CELSVS. DICTATOR. ET. C. SVETONIVS. CLAVDIANVS. DECVRIONES. IN. TEMPLO. DIVOR. CORROGAVERVNT. VBI. VESBINVS. AVG. LIB. PETIT
VT. SIBI. LOCVS. PVBLICE. DARETVR. SVB. PORTICV. BASILICAE. SVLPICIANAE. VTI. AVGVSTALIB. IN. EVM. LOCVM. PHETRIVM. FACERET. VBI. EX
CONSENSV. DECVRIONVM. LOCVS. EI. QVEM. DESIDERAVERAT. DATVS. EST ɔ PLACVITQ. VNIVERSIS. CVRIATIO. COSANO. CVRATORI. OB. EAM. REM
EPISTVLAM. MITTI ɔ IN. CVRIAM. FVERVNT. PONTIVS. CELSVS. DICTAT. SVETONIVS. CLAVDIANVS. AED. IVRIDIC. M. LEPIDIVS. NEPOS
AEDIL. ANNON. POLLIVS. BLANDVS. PESCENNIVS. FLAVIANVS. PESCENNIVS. NATALIS. POLLIVS. CALLIMVS. PETRONIVS. INNOCENS. SERGIVS. PROCVLVS
INDE. PAGINA. ALTERA. CAPITE. PRIMO ɔ MAGISTRATVS. ET. DECVRION. CVRIATIO. COSANO. SAL. IDIB. AVG. DESIDERANTI. A NOBIS
VLPIO. VESBINO. CONSILIVM. DECVRION. COEGIMVS. A QVIB. PETIT. VT. SIBI. LOCVS. PVBLICE. IN. ANGVLO. PORTICVS. BASILIC. DARETVR. QVOD. SE. AVGVSTALIB
PHETRIVM. PVBLICE. EXORNATVRVM. SECVNDVM. DIGNITAT. MVNICIPI. POLLICERETVR. GRATIAE. HVIC. ACTAE. SVNT. AB. VNIVERSIS. PLACVIT. TAMEN. TIBI
SCRIBI. AN. IN HOC. QVOQVE. ET. TV. CONSENSVRVS. ESSES. QVI. LOCVS. REI. P. IN VSV. NON. EST. NEC. VLLO. REDITV. ESSE. POTEST. INDE. PAGINA. VIII. KAPITE. PRIMO
CVRIATIVS. COSANVS. MAG. ET. DEC. CAERETANOR. SAL. EGO. NON. TANTVM. CONSENTIRE. VOLVNTATI. VESTRAE. SET. ET. GRATVLARI. DEBEO. SIQVI. REM. P. N̄
EXSORNAT. ACCEDO. ITAQ. SENTENTIAE. VESTRAE. NON. TANQVAM. CVRATOR. SED. TANQVAM. VNVS. EXSORDINE. CVM. TAM. HONESTA. EXSSEMPLA
ETIAM. PROVOCARI. HONORIFICA. EXORNATIONE. DEBEAT ɔ DATA. PRID. IDVS. SEPTEMBR. AMERIAE
ACT. IDIB. IVNIS. Q. NINNIO. HASTA. P. MANILIO. VOPISCO. COS
DEDICATVM. K. AVG. ISDEM. COS

Ego ipse vidi, legi atque exscripsi.

Pars LEGIS. SOCIALIS conditionumque inter pop. Rom. & Thermenses maiores Pisidas pactarum.

Tabula ænea, Romæ in domo Crapanica, *literis huiusmodi rudibus & ob*
Ego ipse vnâ cum Petro Wastelio

2

C· ANTONIVS·

FVNDANIVS

P

QVEI THERMESES MAIORES PEISIDAE FVERVNT QVEIQVE
EORVM LEGIBVS THERMESIVM MAIORVM PISIDARVM
ANTE K. APRIL. QVAE FVERVNT L. CELLIO CN. LENTVLO COS.
THERMESES MAIORES PISIDAE FACTI SVNT QVEIQVE
AB ... IEIS PROGNATI SVNT ERVNT IEI OMNES
POSTEREIQVE EORVM THERMESES MAIORES PEISIDAE
LEIBERI AMICEI SOCIEIQVE POPVLEI ROMANI SVNTO
EIQVE LEGIBVS SVEIS ITA VTVNTO ITAQVE IEIS
OMNIBVS SVEIS LEGIBVS THERMENSIS MAIORIBVS
PISIDEIS VTEI LICETO QVOD ADVORSVS HANC LEGEM
NON FIAT

QVEI AGRI QVAE LOCA AEDIFICIA PVBLICA PREIVATAVE
THERMENSIVM MAIORVM PISIDARVM INTRA FINEIS
EORVM SVNT FVERVNTVE L. MARCIO SEX. IVLIO COS
QVAEQVE INSVLAE EORVM SVNT FVERVNTVE IEIS
CONSOLIBVS QVEI SVPRA SCRIPTEI SVNT QVODQVE
EARVM RERVM IEIS CONSVLIBVS IEI HABVERVNT
POSSIDERVNT VSEI FRVCTEIVE SVNT QVAE DE IEIS REBVS
LO QVAEQVE
DE IEIS REBVS HACNE
LOCENT AE FACTA
EST A OMNIA
THE POSSIDEANT
IEISQVE VANTVR
ITA VTEI REIMVM
FVIT HABVERV VE SVNT

Tabula ipsa hic pertusa est, & foramen nouo ære absque literis repletum.

QVAE THERMENSIVM MAIORVM PISIDARVM PVBLICA
PREIVATAVE PRAETER LOCA AGROS AEDIFICIA SVNT
FVERVNTVE ANTE BELLVM MITRIDATIS QVOD PREIMVM
FACTVM EST QVODQVE EARVM RERVM IEIANTEA
HABVERVNT POSSEDERVNT VSEI FRVCTEIVE SVNT
QVOD EIVS IPSEI SVA VOLVNTATE AB SE NON ABALIENARVNT
EA OMNIA THERMENSIVM MAIORVM PISIDARVM VTI SVNT
FVERVNT ITA SVNTO ITEMQVE IEIS EA OMNIA
HABERE POSSIDERE VVTEI FRVEIQVE LICETO
QVOS THERMENSES MAIORES PISIDAE LEIBEROS SERVOSVE

riptura rara, orthographiaque varia & sæpè mala, sicuti hic per omnia sedulò imitatus sum.
nsi summa cum difficultate legi ac descripsi.

· F · CN · CORNE

C. F. TR. PL. DESS. PLEBEM

IMVS . SCIVIT

Alteram tabulam, aut fortassis etiã plures huic olim fuisse annexas facilè adparet.

BELLO MITRIDATIS AMEISERVNT MAGISTRATVS PR
MAGISTRATV QVOIA DE EA RE IVRISDICTIO ERITQV ...
DE EA RE IN IOVS ADITVM ERIT ITA DE EA RE IOVS
DEICVNTO IVDICIA DE ... DANTO VTEI I.
EOS RECVPERARE POSSINT
NEI QVIS MAGISTRATVS PROVE MAGISTRATV LEGATVS NEV
QVIS ALIVS MEILITES IN OPPIDVM THERMESIVM MAIORVM
PISIDARVM AGRVMVE THERMENSIVM MAIORVM
PISIDARVM HIEMANDI CAVSSA INTRODVCITO NEIVE
FACITO QVO QVIS EO MEILITES INTRODVCAT QVOVE IBEI
MEILITES HIEMENT NISEI SENATVS NOMINATIM VTEI THERMESIVM
MAIORVM PISIDARVM IN HIBERNACVLA MEILITES
DEDVCANTVR DECREVERIT NEIVE QVIS MAGISTRATVS
PROVE MAGISTRATV LEGATVS NEV QVIS ALIVS
NEIVE INPERATO QVO QVID MAGIS IEI DENT PRAEBEANT
AB IEISVE AVFERATVR NISEI QVOD EDS EX LEGE PORTIA
DARE PRAEBERE OPORTET OPORTEBIT
QVAE LEGES QVODQVE IOVS QVAEQVE CONSVETVDO L. MARCIO
SEX. IVLIO COS. INTER CIVEIS ROMANOS ET TERMENSES
MAIORES PISIDAS FVIT EAEDEM LEGES EIDEMQVE IOVS
EADEMQVE CONSVETVDO INTER CEIVES ROMANOS ET
TERMENSES MAIORES PISIDAS ESTO QVODQVE QVIBVSQVE
IN REBVS LOCEIS AGREIS AEDIFICIEIS OPPIDEIS IOVRIS
TERMENSIVM MAIORVM PISIDARVM IEIS CONSVLIBVS
QVEI SVPRASCRIPTEI SVNT FVIT QVOD EIVS PRAETER
LOCA AGROS AEDIFICIA IPSEI SVA VOLVNTATE AB SE NON
ABALIENARVNT IDEM IN EISDEM REBVS LOCEIS AGREIS
AEDIFICIEIS OPPIDEIS TERMENSIVM MAIORVM PISIDARVM
IOVS ESTO ET QVO MINVS EA QVAE IN HOC CAPITE SCRIPTA
SVNT ITA SINT FIANT EIVS HAC LEGE NIHILVM ROGATVR
QVAM LEGEM PORTORIEIS TERRESTRIBVS MARITIMEISQVE
TERMENSES MAIORES PHISIDAE CAPIVNDEIS INTRA SVOS
FINEIS DEIXSERINT EA LEX IEIS PORTORIEIS CAPIVNDEIS
ESTO DVM NEI QVID PORTORI AB IEIS CAPIATVR QVEI PVBLICA
POPVLI ROMANI VECTIGALIA REDEMPTA HABEBVNT QVOS
PER EORVM FINEIS PVBLICANEI EX EO VECTIGALI TRANSPORTABVNT


Romæ *in domo* Laurentij Vellæi, *ad forum piscarium, ara marmorea.*

[1]

In latere dextro

PANTHEI

In latere sinistro.





Brixiæ *in regione transpadana in ara.*

[2] DIIS. DEABVS
OMNIBVS
VETVRIVS. L. L
SECVRIVS
PRO. SE. SVISQ.

Hæc duo à Pighio accepi, reliqua ipsemet vidi.

Repertum Romæ in vinea Huberti Stroze in Cœlio monte.

[3] DIIS. DEABVS
PENATIBVS
FAMILIARIBVS
ET. IOVI. CETERIS
VE. DIIBVS

Ibidem, *est altera arula marmorea.*

IOVIS

[4]

In cuius fronte *habentur tres singulares literæ.*

I. O. M

Et subest aquila, fulmen vnguibus tenens.

In latere dextro pendet capreolus & fistulæ quinæ inter se compactæ, stantq; in medio faces duæ ardentes.

In sinistro latere, rami duo laurei decussatim positi sunt.

A tergo poculum est cum lance.

In vinea Card. Carpeñ. *in Quirinali. In arula marm. reperta prius in Auentino.*

[5]

In tympano

MATES. D.

Insculptum est Iouis nubiferi caput cum pectore, & sub eo aquila expansis alis subuolans subsequitur,

I. O. M
IVSSA
OCTAVIA. SVCCESSA. P


In vtroque latere est aquila, rostro ramum, vnguibus fulmen tenens.

In æde S^ti Valentini *ad forum Piscarium, in ara marm.*

[6] ΔΙΙ ΠΑΤΡΙΩΙ
ΕΧ. ΟRACVLO


In domo Gentilis Delphinij *ad forum Piscarium, columella marm reperta prius in æde diui Stephani, in Caco, vbi & simia & leones cum literis hieroglyphicis, quæ nunc in Capitolio sunt: vnde coniectare licet fuisse ibi templum Serapidis.*

[7]



Ibidem.


[8]



Dedicatoris nomen & quicquid præterea hoc spatio continebatur, data opera iam olim erasum fuit.

In area S[ti] Apollinaris prope Agonem Romæ, *anno* 1547. *effossa fuit hæc basis per medium fissa.*

Iovis 9




Ibidem *effossa fuit & hæc dimidiata basis cum laruis tragitis marmoreis quinque.*

P. Quinctilius. 10 S EX. F. VARVS
COS
Ludos votiuos pr O. REDITV
Imp. Cæsaris. diu I. F. AVGVSTI
Ioui optimo m AXIMO. FECIT
Ti. Claudio Ner ONE. CONLEGA
Ex. S C

In vinea Cardinalis Carpensis.
Sedet supernè Iupiter inter boues duos, vsque ad pudenda nudus, sed superiori parte mutilus.
Subsequitur inscriptio.

11 I. O. M. SACR
VOTO. SVSCEPT. PRO. SALVTE



duo versus studiò erasi.

AVG. GERMANICI
PONTIFICIS. MAXIMI. TR. POT
D. VETVRIVS. ANTIGONVS
D. VETVRIVS. SP. F. PHILO
D. VETVRIVS. ALBANVS
PATER. CVM. FILIS. POSVIT

Romæ in Parione.
In domo Francisci Lisihæ: in ara prægrandi.

I. O. M. D
12 PRO. SALVTE. AVGG. N. N
L. SEPTIMI. SEVERI. PII
PERTINACIS. ET
AVRELI. ANTONINI. PII *Priùs erasa, sed postea restituta.*
FELICIS. AVG. ET
IVLIAE. AVG. ET. S. P. Q. R
SEMNVS. AVGG. N. N. LIB. OPTIO
TABELLARIORVM. STATIONIS
MARMORVM. ARAM. POSVIT


Eadem inscriptio, lateri dextro eiusdem aræ incisa est, rudiori & minus perfecta litera, nec vspiam rasa.

In templo Sanctorum Quadraginta martyrum *trans Tiberim: in basi marm. grandi.*

13 I. O. M. H. AVG
SACR
GENIO. FORINARVM
ET. CVLTORIBVS. HVIVS
LOCI. TERENTIA. NICE
CVM. TERENTIO. DAMARI
ONE. FILIO. SACERDOTI. (sic) ET
TERENTIO. DAMARIONE. IVN
ET. FONTEIO. ONESIMO. FILIO
SACRORVM. SIGNVM. ET. BASIM
VOTO. SVSCEPTO. DE. SVO. POSVIT
LVSTRO. EIVSDEM. DAMARIO
NIS

In domo quondam Io. Coritij, in foro Traiani *in basi rotunda.*

14



A latere
SVB
SCRIBA
FONTEIO
EVTYCILO

sic VASE *pro* BASE

Ego ipse hæc omnia vidi ac descripsi.

IOVIS *In horto* Cardinalis Cesij, *in Vaticano. in ara grandi rudique.*

[1] IOMD
AVR. IVLIANVS
EQ. R. SACER
DOS. VIVS *sic pro* HVIVS
LOCI. D. D

Dextro lateri *insculpta est Aquila cum hac inscriptione.*


AQVILA LEG. V. MACED

In Sinistro latere *item Aquila, cum hac inscriptione.*

AQVIL LEG. IIII. SCYT

In platea Sanctorum Apostolorum *Philippi & Iacobi. ara oblonga.*

[2]



In domo Iordani Bucchabellæ, *ad S^tum Laurentium. in Damaso, ad campum Floræ. in arula marm.*

[3] IOVI. OPTIMO. MAXIMO
CAELESTINO. FONTEIVS. ET
MINERVAE. ET. COLLEGIO
SANCTISSIMO. QVOD. CONSTI
TIT. IN. PRAEDIS IDIC MACE
DONIS
IN CVRIA
FLAVIVS. SVCCESSVS. CVM. SVIS

In latere dextro, *iacet fluuius vrnæ innixus cannam manu tenens.*

In sinistro latere, *stat dea bis cincta, dextra pateram, sinistra clypeum, huiusmodi oblongum gestans, fortassis ipsa Minerua.*



In vinea Card. Carpeñ. *in Quirinali, in ara rudi atque oblonga.*

[4] ARAM. IOVI. FVLGE
RATORIS. EX. PRECEP
TO. DEORVM. MON
TENSIVM. VAL. CRES
CENTIO. PATER. DEORV
OMNIVM. ET. AVR. EXV
PERANTIVS. SACERDOS
SILVANI. CVN. FRATRIBVS
ET. SORORIBV. DEDICA
VERVNT


Sunt sic omnia in ipso marmore incorrectè scripta.

In domo Hortensij Palini, *inter campum Floræ & plateam Iudæorum: in tabula marmorea.*

[5] IOVI SANCTO BRONTONTI AVR. POPLIVS
Sedet Apollo crinitus in rupe lyram tangens, & sub ipsa rupe astat lupa. Item virgines duæ veluti saltaturæ accedunt, vna poculum, altera lancem ferens.

In ædibus Francisci Lischæ *in Parione, ara marm.*

[6]



In Quirinali, in vinea Episcopi Neapolitani, *fragmentum.*
Ad aram quadratam, in qua pinus est, stat taurus, super quo stat quidam (nescio an ipse deus) soccatus barbarè: aduersus paulò in monticulo stat, vt videtur, aries. Subsequitur inscr.

[7] ΚΑΤΑ ΚΕΛΕΥ
CIN. ΘΕΟΥ ΔΟΛΙ
ΧΗΝΟΥ. ΑΝΕCΤΗCΑ
ΚΑΤΑ ΘΗΝΕΟΥ ΤΟΥΙ
ΕΡΟΥ ΜΑΡΚΟC ΟΥΛ
ΠΙC ΚΑΙ ΟΥΙΟC ΜΑΡ
ΚΟC ΟΥΛΠΙC ΑΡΤΕ
ΜΩΝ

In porticu ædis S^ti Benedicti trans-Tiberim, *ara marm. Insculptus est bos & super eo stat deus ipse, vt antè, sed supra vmbilicum omnino mutilus. Subest inscriptio.*

[8] IOVI. O. M. DOLICHENO
C. FRONTINIVS. LVCIVS
ARAM . POSVIT

In templo diui Alexij, *in Auentino in arula marm.*

[9] IOVI. OPTVMO
MAXIMO. DO
LICHENO. T
FLAVIVS. COS
MVS. IVSSV. DEI
FECIT

Fraschatæ *in agro Tusculano, in ara admodum detrita.*

[10] IOVI. OPTIMO. MAXIMO
DOLICHENO. S.
T. FLAVIVS. T. T. L. ARGAEVS
AR. V. V. D. D.

Hoc à Pyrrho Logoro accepi, reliqua egomet vidi.

In horto Matthæorum *trans-Tiberim, in basi exigua marmoris candidiss.*

[11] Q. NVNNIVS
ALEXANDER
DONVM. DEDIT
IOVI. SABAZIO

IOVIS In Sta Maria transTiberim

12



Ex marmore variato albore, du inter- Phrygio rubro, venis candi- mixtis.

Hocegomet vidi.

Neapoli, *in basi oblonga.*

13

T. FLAVIVS
ANTIPATER
VNA. CVM
FLAVIA. ARTE
MISIA. VXORE
ET.ALCIDE.LIB
ASCLEPIVM.ET
HYGIAM
IOVI. EIAZIO
VOTVM

Ant.Morillonius exscripsit.

In parte auersa eiusdem baseos.

T. FLAVIVS. ANTI
PATER. VNA
CVM. FLAVIA. AR
TEMISIA.VXORE
IOVI. EIAZIO. VO
TVM. LIBENS. SOLVIT

Ibidem.
In domo quondam Io.Pontani, *prope S^tam Mariam maiorem: in basi, litera pulchra.*

14

Q. VOLVSIO. SATVRN.
P. CORNELIO. SCIP. COS.
AVGVSTALES
QVI [erased] CLAVDIO
CAESARI. AVGVST. ET
[erased] AVGVSTAE
I. O. M. ET. GENIO. COLONIAE
LVDOS. FECER. XIII. XII. K. MART
C.TANTILIVS. CC. L. HYLA
CN. POLLIVS. CN. L. VICTOR
C. IVLIVS. C. L. GLAPHYR.
CVRATORIBVS

Steph. Pighius vidit & exscripsit.

Tuderti in Vmbria (*quod opp.* Todi *nunc vulgus vocat*) *in basi statua, in pariete templi diui Fortunati.*

15

Io. Metellus Burgundio exscrip.

PRO. SALVTE
COLONIAE. ET. ORDINIS
DECVRIONVM. ET. POPVLI
TVDERTIS. IOVI. OPT. MAX
CVSTODI. CONSERVATORI
QVOD. IS. SCELEROSISSIMI. SERVI
PVBLICI. INFANDO. LATROCINIO
DEFIXA. MONVMENTIS. ORDINIS
DECVRIONVM. NOMINA
NVMINE. SVO. ERVIT. AC. VINDI
CAVIT. ET. METV. PERICVLORVM
COLONIAM. QVOQVE. LIBERAVIT
L.CANCRIVS. CLEMENTIS. LIB
PRIMIGENIVS
SEX. VIR. II. AVGVSTALIS. ET. FLAVIALIS
PRIMVS. OMNIVM. HIS. HONORIBVS
AB. ORDINE. DONATVS
VOTVM . SOLVIT

Lex dedicationis ara, Ioui opt. max. sacra.

Prope Mediolanum *in castro* Seprij.

16

I. O. M
L. CAECILIVS. NYMPHEROSVS
V. S. L. M
POSVIT. C. FONTEIO. CAPITON. COS

Prope Mediolanum *in castro* Albiciato.

17

Steph. Pighius ab aliis accepit.

I. O. M
MONTVNATES
VICANI
LOVANIES
V. S. L. M

Salonæ in Dalmatia.

Steph. Pighius descripsit è schedis Marcelli Ceruini, Card. S^tæ Crucis qui postea summus Pont. xxj. dieb. fuit.

18

L. AELIO. CAESARE. II. ET. P. COELIO. P. F. BALBINO. VIBVLLIO. COSS. VII. IDVS.OCTOBRES
C. DOMITIVS. VALENS. II. VIR. I. D. PRAEEVNTE. C. IVLIO. SEVERO. PONTIF. LEGEM. DIXIT. IN. EA. VERBA. QVAE
INFRA. SCRIPTA. SVNT

IVPITER. OPTIME. MAXIME. QVANDOQVE. TIBI. HODIE. HANC. ARAM. DABO. DEDICABOQVE. OLLIS. LEGIBVS. OLLISQVE. REGI ONIBVS. DABO. DEDICABOQVE. QVAS. HIC. HODIE. PALAM. DIXERO. VTI. INFIMVM. SOLVM. HVIVS. ARAE. EST. SI QVIS. HIC. HOSTIA. SACRVM. FAXIT. QVOD. MAGMENTVM. NEC. PROTOLLAT. ITCIRCO. TAMEN. PROBE. FACTVM ESTO. CAETERAE. LEGES. HVIC. ARAE. EAEDEM. SVNTO. QVAE. ARAE. DIANAE. SVNT. IN. AVENTINO. MONTE. DICTAE. HISCE. LEGIBVS. HISCE. REGIONIBVS. SICVTI. DIXI. HANC. TIBI. ARAM. IVPPITER. OPTIME. MAXIME. DICO DEDICOQVE. VTI. SIS. VOLENS. PROPITIVS. MIHI. COLLEGISQVE. MEIS. DECVRIONIBVS. COLONIS. INCOLIS. COLO NIAE. MARTIAE. IVLIAE. SALONAE. CONIVGIBVS. LIBERISQVE. NOSTRIS

Plura Iouana habes infra fol. cxlvij. & cxlviij.

IVNONIS

Romæ, *in ædibus* Papirij Capozucchi *ad viam latam prope S^tum Marcum.*

In duabus tabulis marmoreis, aræ aut basi statuæ olim præfixis.

1

IVNONI. PIAE

M. CANV LEIVS. M. L. PHILONICVS

GENIAE .POST. AEDEM. CASTORIS

Erasum, sed nō adeò quin vestigia quædam literarum adhuc appareant.

Apud Gentilem Delphinum, in basi plana paruaq;.

2

BASSA. VITELLI

RO. Q. VITELLIO. Q. F. FILIO. SVO

ONI. LVCINAE. V. S. L. M

In horto Car^lis Cœsij *in parua basi.*

3

IVNONI

REGINAE

PAEZON

AQVILIAES

BASSILLAES

ACTOR. CVM. PAEZVSA

FILIA. SVA. D. D

In vico, qui ab Vrso ducit in Agonem *in area domus cuiusdam priuatæ, in ara marmorea grandi.*

4

IVNONI

IVLIAE

AVFIDENAE

CAPITO LINAE

Vtrique lateri insculpti sunt gryphes.

Iunonis iugalis vnum sequitur fol. proximo.

Plura Iunonis habes infra fol. cxlvij. & cxlviij.

Tabella marm. inclusa parieti domus cuiusdam priuatæ, è regione domus Car^lis Sermonetæ, *ad Tiberim.*

5

IVNONI

GAVIAE. ALBANAE

SACRVM

Nepete, *in S^to Herculanio. tabula marm. alta palmos 4. lata palm. 2½*

Hoc à Pighio accepi, superiora ego ipse vidi.

6

FERONIAE

HERMEROS

TI. CLAVDII. CAESARIS. AVG

GERMANICI. SER

THEAMIDIANVS. AB. MARMORIB

MAGISTER

FERONIAE. ARAS. QVINQVE

D. S. D. D

Præneste in *Latio, in vinea quadam sub mœnibus, ad portam qua Romam itur: in basi Statuæ.*

OPIS

7

OPI. DIVINAE. ET. FORTVNAE

PRIMIGENIAE. SACR.

IMP. CAESAR. HELVII

PERTINACIS. AVGVSTI

V. D. D

T. CAESIVS. T. F. HERODES

V. S. C

Pyrrhus Logorus Neapolitanus vidit & exscr. anno 1545.

Est Romæ apud Mafæios numisma quoddam Pertinacis, in priori facie ipsius effigiem habens, cum titulo, P. HELV. PERTINAX. AVG. *&c. In auersa autem parte mulier in cathedra sedet, veluti grauitatis, constantiæ & immobilitatis index, cum hac inscr.* OPI. DIVINAE. *Vnde iam constare videtur, Pertinacem statuam Opi vouisse ac dedicasse, Titum verò Cæsium hunc, votum solui curasse.*

Stephanus Viuandus Pighius Campensis, subsequentia duo, è Schedis Marcelli Ceruini Car^lis Sanctæ Crucis, *ac postea summi Pontificis, collegit: Sed vnde descripta primùm sint, ignorat.*

CERERIS

In basi

8

CERERI

FRVGIF

SACR

L. VEIANIVS. COSMVS

P P

In basi

9

CERERI. AVGVST

MATRI. AGR

L. BENNIVS. PRIMVS

MAG. PAGI

BENNIA. PRIMIGENIA

MAGISTRA. FECER

GERMANICO. CAESARE. II

L. SEIO. TVBERONE. COSS


DIES. SACRIFICI. XIII. K. MAI

MATRIS DEVM IDEAE

In atrio domus Car^lis Cæsij. *in ara marm.*

[10] M. D. M. I. ET. ATTINIS

Dextro lateri incisæ sunt faces duæ transuersæ cum crotalis




Cybele siuè Idæa Deorum mater turrita, in curru sedens, à leonibus vehitur, dextra spicas miliumq; , sinistra tympanum tenens.

Stat contrà Attis puer pinui innixus, mithratus bracchatusq;, dextra mento subiecta, sinistra etiam tympanum tenens, & pedum illi à tergo astat.

Subest hæc inscriptio.

In sinistro latere sunt fistulæ huiusmodi



.L. CORNELIVS. SCIPIO. OREITVS
.V. C. AVGVR. TAVROBOLIVM
.SIVE. CRIOBOLIVM. FECIT
D. E. III. KAL. MART
.TVSCO. ET. ANVLLINO. COSS.

In sacello Mazzariorum Papæ, *in area diui Petri, stat similis ara, in cuius fronte hæc est inscr.*

[11] DIS. MAGNIS
VLPIVS. EGNATIVS. FAVENTINVS
V. C. AVGVR. P. V. B. P. R. Q.
PATER. ET. HIEROCERYX. D. S. I. M
ARCHIBVCVLVS. DEI. LIBERI
HIEROFANTA. HECATAE. SA
CERDOS. ISIDIS. PERCEPTO
TAVROBOLIO. CRIOBOLIOQ.
IDIBVS. AVGVSTIS. D. D. N. N
VALENTE. AVG. V. ET. VALENTINIA
NO. AVG. CONSS. FELICITER

VOTA. FAVENTINVS. BIS. DENI
SVSCIPIT. ORBIS
VT. MACTET. REPETENS. AVRATA
FRONTE. BICORNES

In dextro latere, est pinus, à qua crotala & fistulæ compactæ pendent, & subtus astat aries alligatus.
In sinistro latere, item pinus, à qua pedum & fistulæ duæ pendent, & inferius stat taurus.

In ædicula S^ti Michaelis in Vaticano, *non procul à domo Cæsia.*

[12] *Est ara Cybeles, sub altari quodam posita: cuius prima facies, quæ inscripta erat, contra parietem versa est, atque ideo legi nequit.*

In parte auersa sunt faces duæ, vt suprà, lanx & poculum. Itē lituus & aliud instrumentū ad formā cochlearis

In latere dextro Pinus est, sub qua taurus, & appendent, tymnum & fistulæ

In sinistro latere item pinus est, sub qua aries, & appendent. mithra, pedum & aliud quiddam, lanci non absimile

In æde diui Nicolai in Calcaria, *retro Cæsarinos; in ara grandi, in duas partes fissa.*

[13] ΜΗΤΕΡΙ ΤΗΠΑΝΤωΝ ΡΕΙΗ ΤΕΚΕωΝ ΤΕΓΕΝΕΘΛω
ΑΤΤΕΙ ΘΥΨΙΣΤωΙ ΚΑΙ ΣΥΝΙΕΝΤΙ ΤΟ ΠΑΝ
ΤωΙ ΠΑΣΙΝ ΚΑΙΡΟΙΣ ΘΕΜΕΡωΙ ΤΕΡΑ ΠΑΝΤΑ ΦΥΟΝΤΙ
ΚΡΙΟΒΟΛΟΥ ΤΕΛΕΤΗΣ ΗΔΕΤΙ ΤΑΥΡΟΒΟΛΟΥ
ΜΥΣΤΙΠΟΛΟΣ ΤΕΛΕΤωΝ ΤΟΥΤΟΝ ΣΥΝΘΗΚΑΤΟ ΒωΜΟΝ
ΔωΡΟΝ ΑΠΟΛΛωΝΟΣ ΘΕΙΟΝ ΕΧωΝ ΕΠΙΚΛΗΝ

Hos versus sic transtulit Bened. Hegius Spoletinus

Cunctorum Cybele genitrici hominumq; deûmq;
Excelsoq; Atti, quem nihil orbe latet,
Qui facit vt pura celebremus mente quotannis,
Crioboli festos Taurobolíque dies,
Qui cognomen habet de munere Apollinis, aram
Sacrorum antistes marmoream hanc statuit.

PETRONIVS. APOLLODORVS. V. C
PONTIF. MAIOR. XV. VIR. SACR. FAC.
PATER. SACR. DEI. INVICTI. MITHRAE
TAVROBOLIO. CRIOBOLIOQ. PERCEPTO
VNA. CVM. RVF. VOLVSIANA. C. F. CON
IVGE. XVI. KAL. IVLIAS. DD. NN
VALENTINIANO. ET. VALENTE. AVGG. III. COSS
ARAM. DICAVIT

In dextro aræ latere, Cybele turrita, cùm tympano, à leonibus vehitur, prope pinus est, & subtus taurus.
In sinistro latere Mithratus Attis, bis cinctus, dextra fistulas & crotala, sinistra pedum tenens. Superius est tympanum: à tergo ipsius stat pinus & sub ea aries. subtus deinde taurus seorsum.
In parte auersa sunt tedæ transuersæ, lituus , patera, guttus siue vrceus, & sympinium.

Literæ omnes quibus puncta supposuimus, aut effractæ sunt, aut ita erasæ vt legi nequeant.

Ego ipse hæc omnia vidi atque exscripsi.


MATRIS. DEVM ET. ATTIDIS

In Sta Lucia in silice, in capite Suburræ in are marm. grandi.

1 DIS
MAGNIS
MATRI. DEVM. ET. ATTIDI. SE
XTILIVS. AGESILAVS. AEDISIVS
V. C. CAVSARVM. NON. IGNOBI
LIS. AFRICANI TRIBVNALIS. ORA
TOR. ET. IN. CONSISTORIO
PRINCIPVM. ITEM. MAGISTE
R. LIBELLORVM. ET. COGNITION
SACRARVM. MAGISTER. EPISTV
LAR. MAGISTER. MEMORIAE
VICARIVS. PRAEFECTOR. PER
HISPANIAS. VICE. S. I. C. PA
TER. PATRVM. DEI. SOLIS. INVI
CTI. MITHRAE. HIEROPHANTA
HECATAE. DEI. LIBERI. ARCHI
BVCOLVS. TAVROBOLIO
CRIOBOLIOQ. IN. AETER
NVM. RENATVS. ARAM. SACRA
VIT. DD. NN. VALEN
TE. V. ET. VALENTINIANO
IVN. AVGG. CONSS. IDIB
AVGVSTIS

Hoc à Pyrrho Logoro accepi reliqua egomet vidi.

Arula reperta anno 1549. trans Tiberim, ad S^tam Mariam, *in domo pistoris cuiusdam.*

3

PRAESENTIAE
MATRIS. DEVM
P. SEPTIMIVS
FELIX
OB. CORONAM
MILLESIMI
VRBIS. ANNI

In vinea Card. Carpensis *altera arula.*


5

M·D·M
I·D
ATILIA
NA

Matris Deum, quædam habes infra fol. cxlviij. 8. 10. 11.

Ad posticum palatij Cardinalis Triuultij *in ara rudi ac malè habita.*


Supernè arietes quinque, singuli scilicet in singulis angulis, atque vnus in fronte, mactati iacent.

2

DD·NN·FL·VALENTINIANO·ET·GRATIANO
RATORIBVS·SVIS
CEIONIVS. RVFIVS. VOLV SI
ANVS. V. C. ET. INLVSTR IS
EX VICARIO ASIE ET CEIO
NI RVFI VOLVSIANI. V. C.
ET INLVSTRIS EX PREFECTO PRE
TORIO. ET EX PREFECTO VR BIS
ET CECINE LOLLIANE CLAR ISSI
ME ET INLVSTRIS. FEMIN E
DEAE ISIDIS SACERDOTIS. FI LIVS
ITERATO VIGINTI ANNIS EX P ERCEP
TIS TAVROBOLIIS. VI. ARAM CONSTITV IT
ET CONSECRAVIT·X·KAL·IVN·D·N·VA LEN
TINIANO AVG ET NEOTERIO C ONSS,

In lat. dextro stat aries sub pinu, à qua tympanum fistulæ compactæ & crotala dependent.

In sinistro latere taurus stat sub altera pinu, à qua pedum & singulares fistulæ duæ suspensæ sunt. A tergo sunt faces tranuersæ, vt in præcedentibus aris.

In ædibus Colotianis, *ad aquam virg. In simili ara, in qua item arietes quinque vt supra, mactati iacent.*

4

M. D. M. IDAE ET ATTIDI MINOTAVRO
NOBILISSI
ET. VENERANDAM
AVGENTVR MERITIS SIMBOLA TAVROBOLI
RVF CAEON CAESABINI
PVBPRQ PATER SACRORINVICTMETHRAE TAVROBOLINVS
M D·M·ID·ET·ATTIDISMINOTVRANI ET ARAM. IIII. ID. MART
GRATIANO VET MEROBAVDE CONSVLIBVS DEDICABIT
ANTIQVA GENEROSE DOMO CVI REGIA VESTAE
FONTIFICI FELIX SACRATO MILITAT IGNE
IDEM AVGVR TRIPLICIS CVLTOR VENERANDE DIANAE
PERSIDICIQ. MITHRAE ANTISTES BABILONIE TEMPLI
TAVROBOLIQ. SIMVL MAGNI DVX MISTICE SACRI

In Hispello, *Sabinorum, vt credo, castello.*

IVNONIS. IVGALIS


6 IVNONI. IVG
SEX. CALPVRNIVS
SEX. F. VETVRIA
IVVENTIANVS
IIIL VIR. QVINQVE *sic*
D D D

folio præcedenti, cum reliquis Iunonijs ponendum erat.

Hoc à Pighio accepi.

SOLIS

In porticu S[te] Cæciliæ, trans Tiberim, *ara marm. pars inferior.*

7


Infra S[tam] Cæciliam, trans Tib. *in ara grandi.*

8 SOLI. INVIC
TO. ET. LVNAE
ATERNAE
C. METTI. GER
MANI. LIB
DVO. PARA
TVS. ET. HER
MES. DEDERVNT


In domo Porcariorũ, ad Mineruam, *in basi plana, in qua fragmenta pedum statuæ olim superpositæ adhuc extant, aut potius adhærent, quoniam ex eodem marmore, & statua & basis constabant.*

9 DOMINO. SOLI. V. S. TI. CLAVD
AMERIMNVS. LICTOR. CVRIATVS

In S[ta] Seuera *in basi.*

10 SOLI. IVVANTI
L. VOLVMNIVS
MVNATIANVS
SODAL. AVG. PRAEF. VRBI


Ibidem
In parua basi.

11


In hospitali S[ti] Thomæ, *in Cælio monte, in basi.*

12 SOLI
INVICTO
L. ARRIVS
RVFINVS
D. D

In ædibus de la valle, *basis seu ara, cui tympanum seu pars coronæ superior deest.*

13


In domo Mattheiorum trans Tiberin, *in basi exigua.*

14 SOLI
ALAGABALO
IVLIVS. BALBILLVS
AQVILA


In domo Luciæ de Branchis, *ad Tiberim,* ad S[tam] Mariam Monticelli, *in arula marmorea.*

15 SOLI
INVICTO
M. AEMILIVS
M. M. L. CHRYSANTVS
MAG. ANNI. PRIMI. ET
M. LIMBRICIVS. POLIDES
DEC. ET. SODALICIO. EIVS
D. S. D. D

Præter decimum omnia vidi.

SOLIS

In ascensu Capitolij, in domo Lucij Bocchabellæ *ara marm.*



1

In domo Francisci Lischæ, *in Panione in arula marm. declinante & inculta litera.*

2
SOL. SERAPI. IOVI
LIBERO. PATRI
ET. MERCVRIO
ET. SILVAN. SACR
C. CORNELI. HO. N
O. RA. TVS. D. D. D
BERNA. ET. AN
THVS. FILIØ
D. VALERI. NEO
PHITVS. IIIICCCLX

Sic malè distincta in ipso marm.

*Solis inscriptiones plures habes infra fol. cxlviij. 17. 19. & cxlix. 17. 18. 19. 20. 21. & *. 1. 2. 3.*

APOLLINIS

Fragmentum arulæ aut baseos marm. inclusum parieti cœnobij S[ti] Petri ad vincula, *in Exquilijs.*

3



4

In horto Cardinalis Cæsij, *Apollo nudus, facie muliebri, crine in collo ligato & fasciato, dextra plectrum, sinistra lyram tenens, ad truncum stat, in quo hæc scripta sunt.*

forma lyræ.



videlicet.
EX. PRAE
CEPTO
I. O. M. D
PER
ACACI
VM
ET
OLYMPI
VM
PATREM

In basi ipsius statuæ, quæ ex eodem marmore est,

ANTONI. MARIANI. PATER. ET. FILIVS
SIMVLACRVM. APOLLINIS
STATVERVNT Ø

In S[to] Siluestro.

5
APOLLINI
GRANNO. ET
SANCTAE
SIRONAE
SACRVM

In Quirinali, ad thermas Constantini.
In ædib. quondam Pomponij Læti.

6
DEO. SANCTO
APOLLINI. PA
CIFERO ...
C. AELIVS. ...
MILES. CHORTIS. X.
PRAETORIAE. CENTVRIA
DASI. LIBES. VOTVM
REDDEDIT

Vicaroli, *non procul ab vrbe Roma ad aquas calidas.*

7
APOLLINI. SILVANO
ASCLEPIO. NIMPHIS
SACRVM
L. ARATIVS. PHOEBVS
DECVRIALIS. DECVR. IVLIAE
PRAECO ... CONSVLARIS
VOTO. SVSCEPTO. D. D. CVM
PHOEBIANO. FILIO

Romæ in ædibus priuatis circa Agonem

8
APOLLINI
Q. LOLLIVS. VRBICVS
PRAEF. VRB

Hoc ex Mazochio addidi.

Mediolani, in S[ta] Maria Secreta; *in basi aut ara.*

9
L. ARVLENVS
ANOPTES
APOLLINI

Hæc duo postrema à Pighio accepi, Reliqua ipsemet vidi.

Plura Apollinis habes infra. cxlviij. 20. 21. 22. 24.

SOLIS MITHRAE

Retro palatium Senense *Romæ, in basi prægrandi.*

[10] SOLI
MITHRAE

In domo Zambechariorum, *ad S^tos Apostolos, in arula.*

[11] ΗΛΙΩ
ΜΙΘΡΑ
ΑΝΙΚΗ
ΤΩ

In domo Andreæ Cinquinæ *Mithra est, fusa chlamyde, succinctus veste breuiori, bracchatus & manicatus, curua tiara, respiciens coruum. Taurum figit cultro parazonio, extremum pedem ei suo premens, altera nares tenet. Adsilit ad vulnus Canis, & serpens toto bouis spacio porrectus. Testes bouis, chelis suis apprehendit scorpius. cauda bouis, in quatuor aristas subrecta est. Subest inscriptio.*

Ant. Morill. vidit & sic descripsit.

[13] D DEO. INVICTO D
MARCI. MATTI
FORTVNATVS. ET. ALEXANDER
ET. PARDVS
ET. EFICAX
LIB. FL. ALEXANDRO. PATRE

Sub Ara cæli, in ea Capitolij parte, quæ Aquilonem spectat, *templum subterraneum est, vbi Mithræ simulacrum perelegans est & magnificum, superiori non absimile, licet infinito maius & alicubi mutilum capitéque truncatum. Stant vtrinque viri duo, supra quos stellæ singulæ, Oriens scilicet & Occidens.*

In collo tauri leguntur hæc.

[15] NAMA. SEBESIO — *Lingua Persica vt opinor.*

In ventre autem hæc.

DEO. SOLI. INVICTO. MITHRE

In infimo solo maiuscularum literarum fragmenta.

...NAR... ...NE CS...

In ædibus Alteriorum, *ad S^tum Marcum, Mithra, veluti in rupe excauata stat, dextra cultrum monstrans, sinistra nescio quid ferens: taurum substratum calcat, dextro inter cornua, sinistro pede in tergo posito. Sub tauro serpens & aliud animal cuniculo simile. Ad dextram sol radiatus insculptus est, & sub eo Leo, palma, coruus, scorpius & puer mithratus, eoq; quo ipse Mithra habitu succinctus, facem erectam tenens. Ad sinistram Luna, cornua in humeris gerens, etiam vsque ad pectus insculpta est, sub qua gallus, palma, aquila fulmen tenens, & virgo in antro, cubito innixa dormiens.*

Ibidem, *alter Mithra est, etiam in rupe, sed extantiori opere, taurum, cui vtroque genu (vt alibi) innititur, quemq; cornibus tenet, cultro in scapula sinistra figens: scorpius testiculos tauri apprehendit, animal cani non absimile adsilit, serpens subiacet, tauri cauda in aristas desinit. Ad humeros ipsius dei coruus in rupe assidet. A dextra Sol iuuenili facie, & sub eo puer bracchatus mithratusq; facem erigit. A sinistra Luna, additis supra frontem cornibus, sub qua item puer, alteri similis, facem demissam tenens.*

Egomet vidi & sic descripsi.

In domo Franciscæ della porta, *in piazza d'i Branchi in ara marm.*



In dextro latere

[12] DEO
INVICTO
MITHRAE
C. LVCRETIVS. MNESTER
M. AEMILIVS. PHILETVS
SVM. MAG. ANNI. PRIMI
M. AEMILI. CHRYSANTI
D. S. D. D



In sinistro latere

A tergo Laurus est.


In Sta Maria transpontina, *ad molem Hadriani in ara rotunda sertis à cranijs bubulis dependentibus circumcincta.*

[14] DEO. SOLI. INVICTO. MITHRE
FL. SEPTIMIVS. ZOSIMVS. V. P
SACERDVS. DEI. BRONTONTIS
ET AECATE HOC SPELEVM
CONS TITVIT


Neapoli, *in villa Bernardini Martirani, 3° ab vrbe miliari sub monte Vesuuio.*

[16] OMNIPOTENTI
DEO. MITHRAE
APPIVS. CLAVDIVS
TARRONIVS. DEXTER
V. C. DICAT

Lugduni, *in monte sancto.*

[17] 
DEO. INVICTO
MITHR.
SECVNDINVS
DAT

Ibidem, *in domo Claudij Curtij equitis, in lamina ærea parua, literis inauratis.*

[18] 
DEO. INVICTO
AVR. SECVNDI
NIVS. DONA/S
FRVMENTAR.
C. ET. COMMENT
V. S. L. M


Hæc tria à Pighio accepi, reliqua ipsemet vidi.

Solis Mithra alia adhuc habes infra cxlviij 19 & cclix. 10. 21.

DIANAE

In campo Martio ad Mausolæum Augusti *basis parua marm.*

1



In vinea Card. Carpensis *in Quirinali in fragm. marm.*

2

NVCIA. L. DIANAE. VICTRICI. PRO
S. LIB COMM. LVDI. MATVTINI
CAESARIVS

Statuæ ipsius Dianæ ad truncum stantis digiti tantummodo pedum supersunt. A sinistris astat canis, ceruum in collo mordens. Infra iacet aper mortuus, ad quem limax & lacertus adrepunt. Sub ceruo in concaua auersaq; trunci parte, iacet cuniculus flores depascens.

Ibidem *in ara rudi è Tiburtino.*

3

ΘΕΑ. ΕΠΙΚΟΩΙ
ΑΡΤΕΜΙΔΙ.
ΑΥΑΙΔΙ. CΩΤΕΙΡΙ.
ΑΥΡ. ΕΛΠΙΝΕΙΚΗ.


In Sta Maria de Monteronis, *ad arcum Camillarem. In basi grandi.*

4

DIANAE
PRO. SALVTE
IMP. L. SEPTIMI. SEVERI. ET
M. AVRELI. ANTONINI
AVGG. ET
IVLIAE. AVG. MATR. CASTR


In Quirinali, *vulgò* Monte cauallo, *hoc est Caballino ab equis marmoreis Phidia & Praxitelis ibidem extantibus; non procul ab ipsis equis: basis plana.*

5



In domo Conseruatorum in Capitolio, *basis supernè fracta.*

6



In hortis Sallustianis, *in pariete vineæ Angeli Colotij, quo in loco templi Veneris augusta vestigia adhuc extant: in simili basi plana marmorea,*

7

M. AVRELIVS. PACORVS
ET
M. COCCEIVS. STRATOCLES
AEDITVI. VENERIS. HORTORVM
SALLVSTIANORVM. BASEM. CVM
PAIMENTO. MARMORATO
. DEANAE .
.D. .D.

In ædibus Colotianis, ad aquam *virginem, Tabula marmorea*

8

ARDOINNE	CAMVLO	IOVI	MERCVRIO	HERCVLI
Insculpta est hîc Diana, more suo succincta, cum arcu & pharetra.	*Stat hîc Mars cum hasta & clypeo*	*Hîc Iupiter hastam dextra, sinistra verò fulmen tenet.*	*Stat hîc Mercurius caduceum gestans*	*Adiacent ei à dextris exuuium leonis & caput tauri. Ipse sinistra, Hesperidũ mala tenet.*

M. QVARTINIVS M. F. CIVES SABINVS REMVS
MILES. COH. VII. PR. ANTONINIANE. P. V. V. L. S

Ego ipse hæc omnia vidi exscripsiq;.

DIANAE

Repertum ad lacum Nemorensem, *xv° ab vrbe miliari. Anno* 1554.

[9] DIANAE
NEMORESI . VESTAE
SACRVM . DICT
IMP. NERVAE. TRAIANO. AVG
GERMANICO . III. COS . PRAEF
EIVS. T. VOLTEDIO. MAMILIANO
QVAESTORIB.
L. CAECILIO. VRSO. II. M. LVCRETIO
SABINO. II. AEDILIB. Q. VIBENNA. QVIETO
TI. CLAVDIO. MAGNO
P. CORNELIVS. TROPHIMVS. PISTOR
ROMANIENSIS. EX. REG. XIIII. IDEM. CVR
VICI. QVADRATI. ET. LANIA. C. F. THYONOE. CONIVX
EIVS. VOTVM. LIBENS. SOLVERVNT

Tibure, *in S^{to} Dominico, in ara aut basi.*

[10] DIANAI . OPIFER
NEMORENSI
L. APVLEIVS. L. L
ANTIO

Hac tria à Pighio accepi

Ibidem.
In Sta Maria maiori.

[11] DIANAE . CAELESTI
SACRVM
Q. CORNELIVS
THEOPHILVS
CVM. QVINTIA. M. F
LVPERCA

Circa Lanuuium opp. *in Latio, in basi.*

[12] VIRGIN. CHITONE
SACRVM
C. CARTILIVS. C. L. HE
GESIAS. ET. C. CARTILIVS. C. L
FVSCVS. ET. CARTILIA
Ↄ. L. FATIDIA. MATER
STATVAM. EX. AERE
CONLOC
V. S. L. M

Pyrrhus Logorius Neapol. exscr.

In agro Faliscorum, *2° ab Nepete lapide, Campagnanum versus, in sacello quodam, in ara lapidea rudi.*

[13] COMPOTENTI
DIANAE
MVM MEIVS
ATTICVS . ET
sic
MVMEIA. FELICIA
D . D

Egomet vidi atque exscr.

Diana seu Luna plura habes infra fol. cxlviij 18. & cxlix. 22. 23. 24.

HERCVLIS

In vinea Card. Carpensis.
Ara quadrata marm. doctissima manu laborata.

In fronte seu primo latere.

1 HERCVLI P. DECIMIVS V. S SACRVM LVCRIO L. M

Stat hic ad aram sacrificans, & propè muliebris cum clypeo & hasta, vt Pallas.

Subtus Hercules ipse leonem suffocat: hydram vndecim capitum contundit: & aprum supinum humeris impositum portat.

In 2° latere, primò cerui cornua infringit; deinde cum arcú & pharetra Stymphalides tres ardeis similes figit: postea cum bidente Augiæ stabulum expurgat, astante claua.

In 3° latere, contra Centaurum, qui eques est cum bipennide & pelta, pugnat: deinde equos Diomedis quatuor interimit, quorum duo iam mortui iacent: postremò taurum subsultantem & reluctantem cohibet.

In 4° latere, contra Geriones, tres viros armatos cum galeis & pugionibus, dimicat: inde Cerberum educit: postremò aurea mala rapit, dormitante Nympha sub arbore, cui serpens conuolutus est, deorsum tendens.


In Capitolio, in domo Conseruatorum.
Aeneæ Herculis statuæ supposita est ara rotunda marmorea, coronis quatuor querneis, ad totidem clauas deligatis obtexta. Sub ipsis coronis, in fronte vas apertum est, vestitum hedera. A tergo arcus & pharetra. In dextro latere Hercules ipse cũ Cerbero luctatur. In sinistra parte aper sculptus est.

In fronte supra coronam, hæc inscriptio legitur.

2 HERCVLI. VICTORI
POLLENTI. POTENTI
INVICTO.D.D.L.M
C. ...VS. FRONTO
...TOR. Q
DEDIC. III. K. IVL
L. VETTIO. PAVLLO
T. IVNIO. MONTANO
CoS

forte IVLI & VIA


Ibidem, *basis parua planáque.*

3 

Retro turrim delle me langole, *non procul à theatro Marcelli, in domo Antonini in basi parua*

4 ALCIDE. SACRI. GENERIS
DECVS. HOC. TIBI
PRAETOR
ET. IOVIS. ANTISTES
DEDICO. PERPETVVS

In impluuio eiusdem domus,
Basis marm. transportata eò, ex templo Herculis, quod est ad scholam Græcam.

5 


In horto Conseruatorum, *in Capitolio in basi marmorea.*

6 TE. PRECOR. ALCIDE. SACRIS
INVICTE. PERACTIS
RITE. TVIS. LAETVS. DONA
FERENS. MERITIS
HAEC. TIBI. NOSTRA. POTEST
TENVIS. PERFERRE. CAMINA
NAM. GRATES. DIGNAS. TV
POTES. EFFICERE
SVME. LIBENS. SIMVLACRA
TVIS. QVAE. MVNERA. CILO
ARIS. VRBANVS. DEDICAT
IPSE. SACRIS

Ibidem, *in horto, in altera basi.*

7 HERCVLI. IN
VICTO
M. CASSIVS
HORTENSIVS
PAVLINVS.PR.VRB.
XV. VIR. SACRIS
FACIVNDIS
DONVM.DEDIT

In ædibus Porcariorum, *basis exigua.*

8 

In Campo Esquilino, *non procul à templo decacono, in vinea quadam fragmentum.*

9 

Ego ipse hæc omnia vidi ac descripsi.


HERCVLIS

Ad Agonem, *in domo Io.baptistæ Armelini, basis parua & illaborata.*

[10]
HERCVLI
SACR
ARISTIDES. MVM
MIAE. LAENIL
LAE. C. F
SER. ACT


Ad S^tum^ Marcum, in domo Dominici de nigris *in parte plana columnæ rotunda per medium fissa, litera planè inculta ac barbara.*

[11]



Non procul indè, in altera domo priuata, columella seu basis rotunda

[12]




In domo Gentilis Delphinij *in basi marm. eleganti.*

[13] SANCTISSIMO. HERCVLI
INVICTO
CORPOR. CVSTODIARIOR.
L. CVRTIVS. ABASCANTVS. CVM
CVRTIO. GAVDENTE. FIL.
IMM. A. IIII
CRATERAM. ARGYROCORINTHAM
CVM. BASI. SVA. ET. HYPOBASI
MARMOREA
SVA. PECVNIA. DONVM
DEDERVNT
DEDICAT. VIIII. K. IVN.
SER. SCIPIONE. ORFITO. Q. NONIO. PRISCO. COS

NONIO

In ædibus Iacobi Benzonij, ad S^tum^ Marcum. *Basis termini elegantis Herculis pueri, exuuium leonis induti, clauam nodosam sinistra gerentis, sed capite mutili.*

[14]



De Hercule apud Prodicum. Cic in offic. ex Xenoph.

Latinè sic reddi possunt.
Aetate sum puer, sed statuam posuit Felix Herculis signum, noscu me; & Prodici.

In vinea Card Carpensis. *In basi marm. prægrandi rudique.*

[15] DEO. HERCVLI
COMITI. ET
CONSERVATORI
DOMINORVM
NOSTRORVM

Supra emissarium aquæ virginis, *iuxta Sanctum Nicolaum de Arcionibus, litera coacta sine corpore.* Supra ostium domus Marcellini de montibus.

[17]

HERCVLI. INVICTO
PRO. SALVTE. DD. NN. IMP. CAES. M. AVR. ANTONINI. P. F. AVG. ET
M. AVR. ALEXANDRI. NOBILISSIMI. CAES. TOTIVSQVE. DOMVS
DIVINAE. EORVM. COH. X. PR. V. ANT ⁊ MARCIANI
MASCVLINIVS. VALENS. B. F. PR DR FEMININA
ET. AVR. FABIANVS. SIGNIFER. ET
VAL. FIRMINVS. OPTIO.). QVOD
PROFICISCENTES. EXPEDITIONIBVS
SACRIS. VOVERANT. REGRESSI
CVM. COMMANIPVLIS. LIBENTES
VOTVM. SOLVERVNT

In ædibus quondam Pomponij Læti, *in Quirinali in ara marmorea.*


[16] PRO. SALVTE. DD. NN. AVG
HERCVLEM. DEFENSOREM
GENIO. CENTVRIAE. EX. VOTO. POSVIT
L. DOMITIVS. VALERIANVS
DOMO. KAPITOLIA. DE. STIP. XVIII
MIL COH. X. PR. P. V. ⁊. FL. CARALITANI
LECTVS. IN. PRAETORIO. D. D. N. N
EX. LEG. VI. FER. R. F. C
MISSVS. HONESTA. MISSIONE
VII. IDVS. IANVAR. D. D. N. N
IMP. ANTONINO. PIO. AVG. III. ET
GETA. NOBILISSIMO. CAES. II. COS

in alio exemplari legitur IV. *& interpretatur* IVNIOR.

Ego ipse hæc omnia vidi exscripsiq.

In Sta Io. Lateranensi, in sacello vbi seruatur mensa Cœnæ Dominicæ litera declinante & malè compacta.

1



In palatio nouo Farnesiorum, ad Tiberim, Hercules Colosseus est, ex Antonianis thermis eò aduectus, qui sinistro brachio innititur clauæ cum leonina, supra saxum, tristis & cogitabundus, demissa manu, duobus digitis primis extensis, cum pollice qualis oratorum gestus est: Altera in tergum reducta tria cotonea tenet: valido corpore est, vbique contentis musculis, ac tota specie plenus fortitudinis & consilij: capite ad proportionem minore, velut in longitudinem decimo altior sit. Id fortuitò trans Tiberim inuentum est, oculis diuersæ materiæ alabastrinis. Altitudo totius statuæ ex pede colligitur, qui facit Romanos quadrante minus duos. Incisum est in basi nomen autoris.

5 ΓΛΥΚΩΝ
ΑΘΗΝΑΙΟϹ
ЄΠΟΙЄΙ

E regione, eodem loco similis Herc. inuentus est, operis non ita expressi, pari tamen gestu, claua in caput tauri demissa. dexter pes ad truncum firmatur, ex quo dependent duæ pharetræ. Aestimabatur 3000. ∇.

Alter Hercules in Beluedere sedet, obliquato corpore, operosissima manu laboratus, elatissimis musculis, torosus capite, & magna parte disiectus in strata leonina, in qua titulus

6 ΑΠΟΛΛΩΝΙΟϹ
ΝЄϹΤΟΡΟϹ
ΑΘΗΝΑΙΟϹ
ЄΠΟΙЄΙ

Hæc ipsemet quidem vidi, sed ex obseruationibus Ant. Morillonij magna ex parte descripsi.

HERCVLIS

Inter viam Iuliam & Tiberim, in viculo quodam, in basi marm. per medium fissa, partibus etiam procul disiectis:

2 HER CVLI
ET. SI LVANO
SANC TO. SAC
L. IVN IVS. LYCO
SCRIB LIBRAR
AEDILIV M. CVRVLIVM
D D

In campo Esquilino, non procul à templo de cacono (quod Caij & Lucij basilicam esse quidam malè opinati sunt) in vinea Cosmi. In limine superiori ostij, vt videtur.

3 HERCVLI ET SYLVANO EX VOTO TROPHIMIANVS
AVG LIB PROC SVMMI CHORAGI
CVM CHIA CONIVGE

In horto, quem Sedarinus clericus Cameræ Apostolicæ, in ruinis Mausolæi Augusti extruxit, inter alia tabella quædam marm. est, in qua sequentium Deörum simulacra sunt.

Primò Herculis, clauam altera, & altera Hesperidum mala gerentis,

Deinde trium Gratiarum, conchas marinas præ se ferentium.

Postremò Siluani, dextra falcem putatoriam, sinistra ramum tenentis. Et subscriptus est hic titulus.

4 EX. VOTO. AVR. CRESCES. AVR. EROS

In vinea Carpi, Hercules est cum Domitiano mistus, totus nudus corpulentus & musculosus, sesquipedem supra humanam staturam altus, capillis crispis, corona foliacea redimitus, dextro brachio mutilus, ad sinistram Leonina suspensa dependet.

Ibidem alter Hercules in tabula marm. cui leonina ad collum religata per humeros dependet: dextra clauam attollit, sinistra hydram crinibus tenet, quæ vsque ad pudenda tota fæmina est, pedibus in angues duos desinentibus.

Ibidem aliud signum Herculis est, eodem gestu cum Glyconis, simile arte & magnitudine illi quod in Vallæ impluuio est, musculosum torosúmque ac omnibus partibus robustissimum hominem referens, humana statura paulò minus, totum nudum, barba capillísque crispis, dextra in tergum retorta, sinistra ala clauæ in rupe stanti atque exuuio leonis indutæ, innixum.

Hæc, vt & superiora, egomet vidi ac sic descripsi.

Romæ, ad Campum Floræ, in hospitio Lunæ contiguo tabernæ officij cursorum.

7 ARGIVE. VICTOR
HERCVLES
DONVM. HOC
TIBI. VRBANVS Ab alijs accepi.
PRAETOR
VELDVMNIANVS
IVNIVS

HERCVLIS

Tibure *in S^{ti} Vincentio, in basi.*

[8] HERCVLI
TIBVR. VICT
ET. CETERIS. DIS
PRAET. TIBVRT
L. MINICIVS
NATALIS
COS. AVGVR
LEG. AVG. PR. PR
PROVINCIAE
MOESIAE. INFER
VOTIS. SVSC.

Hac tria à Pighio accepi.

Pisauri *in Piceno.*
In palatio Ducis Vrbini, in basi.

[9] HERCVLI
AVG
CONSORTI
D. N
AVRELIANI
INVICTI. AVGVS
RESPVB. PIS
CVRA. AGENTE
C.IVLIO. PRISCIANO.V.C
DVC.CVR. R.P.PIS.ET.FAN.PIN

Petrus Wastelius Mechliniensis exscripsit.

Mediolani,
In lupanari publico.

[10] HERCVLI
IN. PETRA. SACR
C. CALVISIVS
SECVNDINVS
VI. VIR. IVN. DECVR
ITEM. Q. ARAM
V. S. L. M

In Angleria
prope Mediolanum.

[11] HERC. INVIC
VOT. SOL
MARTIVS. LVSOR
ALBVCIVS
L. D. D. D

Beneuenti
in basi quadrata.

[12] L. TARQVINIVS
Sculpta est hic sus
IANVARIVS
IN. SVO. FVNDO
HERCVLI. V. S


Ponte Coruo, Campaniæ opp. *sic appellato* è Fregellanorum *reliquijs, vt putatur, extructo, ante palatium Episcopi, in basi.*

[13] ΕΥΧΗ
ΗΡΑΚΛΗ. ΘΑΛΛΟΦΟΡΩ
ΙΕΡΩ. ΕΥΑΚΟΥСΤΩ
Λ. ΚΟΡΝΗΛΙΟС. Λ. ΚΟΡΝΗ
ΛΙΟΥ. ΠΡΕΙΜΙΓΕΝΙΟΥ
ΥΙΟС. ΠΑΛ. ΤΕΡΕΝΤΙΑΝΟС
ΚΑΙ. ΛΗΜΝΙΟС. ΑΠΕΛΕΥΘΕΡΟС
ΕΠΟΙΗСΑΝ
HERCVLI. PACIFERO
INVICTO. SANCTO
SACR
VOTO. SVSCEPTO
L. CORNELIVS. L. F
PAL. TERENTIANVS
ET. LEMNIVS. LIBERTVS
MERITO. LIBENTES
FECERVNT

Ego ipse hæc duo vidi, legi, atque exscripsi.

Casini, *quod oppidum* nunc S^{ti} Germani *vocant, in Campania, in canthare marmoreo grandi, Ad templum cathedrale.*

[14]



aliàs .M.

Herculea habes aliquot infra fol. cclix. 1.2.4.5.25.26.27.28.29.

MERCVRII

Romæ in S^to Cosmato *trans Tiberim, aræ marm. fragmentum.*

[1]



Egomet vidi atque exscr.

Firmi in agro Piceno, *reperta est vrna terrea, in qua erant numi argentei variorum vultuum, pondo assium.* IVS. *Et tabella ænea, priore parte sic inscripta.*

[2] L. PESSENNIVS. T. F
MIRCVRIO. DONO. DEDIT. MERETO

In altera parte sic

SACRA. IOVI. STIGIO

In Angleria, *prope Mediolanum.*

[3] MERCVRIO
Q. VITALIS
QVINTIONIS. FIL
V. S. L. M

Ibidem, *altera tabella ærea, in simili vrna reperta fuit, & cum ea moneta ahenea, pondo assium* CCLXX. *cum hac inscriptione.*

[4] TERENTIO. L. F
A. RVFENIO. C. F
L. TVRPINO. C. F
M. ALBANI. L. F
T. MVNATIO. T. F
QVAISTORES
AIRE. MOLTATI COD
DEDERVNT

A Io. Metello Burgundo accepi

Ibidem.

[5] MERCVRIO
C. ALBINVS. C. F. OVF
MASCELLIO. IIII. VIR. A. P
PRAEF. I. D. IVDEX. V. DEC
NOMINE. SVO. ET
IVLIAE. INGENVAE
VXORIS
ALBINORVM
IVLIANI. MASCELLIONIS
INGENVAE. MONTANAE
LIBERORVM. SVORVM
V. S. L. M

Patauij, *in domo Francisci Quirini in basi,*

[6] MERCVRIO
AVG. SACR.
IN. MEMORIAM
C. LARTI. TAVRINI
FILI. POSVIT
ELIA. MAXIMINA
MATER. L. D. D. D

Ant. Morillonius exscr.

Comi *in Gallia Cisalpina in basi.*

[7] MERCVRIO
V. S. L. M
C. CAPELLINVS
SORA

Viennæ *Allobrogum, in cœmeterio.*

[8] MERCVRIO
AVG. SAC
VOTO. SVSCEPT
T. LAETORIVS

Hoc, vt & superiora, à Pighio accepi.

Augustæ Vindelicorum *ad forum pomarium.*

[9] MERCVRIO
AVG
M. BASSINVS
VITALIS
V. S. L. M

Ibidem. *In domo Peutingeri.*

[10] MERCVRIO
CVIVS. SEDES. ATR
S^VNT
AELIVS. CL. LATERANVS
XV. VIR. SACR. FAC
COS. DESIG
LEG. AVG. PR. PR.
LEG. III. ITAL
V. S. L. M

Hæc duo Germanica, item à Pighio accepi.

Compsæ, *quod oppidum est Lucaniæ in æde diuæ Mariæ pietatis. in basi.*

[11] M. MINDIVS. M. F
GAL. MAXIMINVS
STATVAM. MERCVRII
OB. HONOREM. QVINQ.
POSVIT
CVIVS. DEDICATIONE. DEDIT
POPVLO. VIRITIM. DENARIOS. SING
L. D. D. D


A Io. Metello Burgundo accepi.

Præter hæc habentur alia fol. cxlix. 10. 11. 12. 13.

MARTIS

Romæ, apud Gentilem Delphinium, *tabella ænea, literis argenteis inmißis, qui illam ab archiepiscopo Columnensi dono accepit.*

12


MARTI.ET.FORTVNAE
C. ALFIDIVS. SECVNDVS
MILES . COH . XVII
D . D

Ego ipse vidi, contrectaui, legi, ac descripsi.

Lanuuij *in Latio, in templo, in basi grandi.*

13 MAVORTIO
SACR
HOC. SIGNVM
A SERVO. TANGI
NEFAS. EST

Steph. Pighius vidit & exscr.

Corumnæ in Lusitania *in viua rupe ad farum.*

15 MARTI
AVG. SACR
C. SEVIVS
LVPVS
ARCHITECTVS
A. F. DANIENSIS
LVSITANVS. EX. V. P

Alfonsus de Castro Hispanus vidit ac descripsit, & Romam ad suos transmisit.

Martis alia duo habentur infra. cxlix. 8. 9.

Quintiliani, *in Sabinis. in basi.*

Pyrrhus Logorus Neapol. vidit & exscr.

CAMVLI

14 CAMVLO. SANC
FORTISS.
SAC
TI. CLAVDIVS. TI. F. QVIR
TERTIVS
MIL. COH. VII. PR. >. VERI
L. D. D. D

Lingua Sabina sic appellari Martem, constat ex inscriptione. 8. foly. XXII.

Non longè ab arce Dolkendorff, *in pago* Rupitorff, *apud comitatum Blanchenheim in Eyfflia, repertum.*

17 MARTI. ET. GENIO
TALLIATIVM
CLAVDIVS. VERINVS
AD. PERPETVAM. TVTELAM
AEDIS. TALLIATIBVS. DEDIT
XCCL. QVAM. AEDEM. L
MARTIVS. SIMILIS. POSVIT

In basi Martis Victoris apud Batauos *reperta.*

MARTI. VICT.
GLADIATORES
aliâs C. L. G. P. F

Hæc basis nunc extat Dordraci *apud Martinum de Beaumont, & in ipsa supersunt adhuc pedes statuæ olim imposita, sed postea confracta.*

In suburbana via Cliuensi, Rindenen, *qua Rhenus fluere solebat. Ioh. Blesius inuenit.*


16 MARTI. CAMVLO
OB. SALVTEM. TIBERI
CLAVDI. CAES. CIVES. REMI
TEMPLVM. CONSTITVE
RVNT

Spoleti in Vmbria.

In palatio Senatorum seu Decurionum oppidi, inter reliquas antiquitatis picturas, est ærea lamina, sub mœnibus oppidi casu quodam à rustico effossa. Quam vulgò nonnulli credunt iam olim studiò occultatam, quòd extruentibus oppida consuetum esse (sed nullo quidem auctore) referant, Genium ciuitatis, ne ab hostibus rapi posset, veluti Troiani Palladium, in terram defodi. Huius autem tabellæ monumentum, Decuriones (nullo tamen versuum ordine seruato) in hæc exprimi verba curarunt, & in pariete publicè depingi, quòd amissa, vrbis Romæ direptione, tabella ipsa fuerit.

IANI PORTVNI

18


Lamina reperta sub vetustissimæ vrbis Spoletinæ mœnibus


IANO.PORTVNO.ATQ.MARTI.E.S.
C. VIBONVS. A. APRVNNIVS
L.AORELIVS.FACIONDAM.DEDE
RONT

Io. Metellus Burgundus mihi communicauit.

Basis marm. prægrandis, effossa Romæ *anno* 1549. in vico Tusco, *inter columnas templi Iulij ædemq; Theodori & spondas palatij maioris hortosq; Consolationis.*

VORTVMNI


19


VORTVMNVS
TEMPORIBVS
DIOCLETIANI. ET
MAXIMIANI

Ego ipse vidi descripsiq;.

In vinea Card. Carpensis, *basis marm. quæ prius stabat extra portam Capenam.*

1



Hæc duo egomet vidi.

VENERIS

In secretiori summi Pontificis horto, Beluedere *vulgò à prospectus amœnitate appellato: sub pedibus statuæ Veneris cum Cupidine, titulus.*

2 VENERI. FELICI. SACRVM
SALLVSTIA (sic). HELPIDIVS. D.D

Egomet vidi.

Præneste, *in Latio.*

3 VENERI. ET
FORTVN. PRIM
SACR.
L. CALVIVS. L. F. PAL
VARIVS
AR. ET. CVPIDINES. II
D. D
L. D. D. D

Hæc duo à Pighio accepi.

Tiferni, in Vmbria (*nunc* Ciuitatem Castellæ *vocant*) *In tabula marmorea.*

4 VENERI. VICTRICI
L. ARRONIVS. AMANDVS
IV. VIR. AVG
SOLO. PRIVATO. S. P. F

Patauij, *in domo Alexandri Bassani, in basi.*

5 VENERI. VIC
TRICI. PRIMA
MINVCIA. VISV
IVSSA. POSVIT

Reperta fuerunt hæc duo in agro Tusculano, *& postmodum in calcem redacta; Sed Pyrrhus Logorus Neapolitanus prius exscripserat, è cuius archetypo ego posteà descripsi.*

6



ΤΗΣ ΑΡΤΙΜΠΑΣΑΣ

7 ΔΙΙ. ΠΑΤΡΙΩΙ
ΚΑΙ. ΑΡΤΙ ΠΑΣΑ
Λ. ΦΑΒΙΟΣ. ΠΟΛΕΜΩΝ
ΑΠΕΛΕΤ. ΜΑΡ. ΟΥΛΠ
ΤΡΑΙΑΝ. ΣΕΟΥΑΣ
ΑΝΕΘΗΚΕΝ

ἀρτίμπασα, Venus cœlestis. Herodotus lib. 9.

Basis marm. alta palmos vij. lata palm. vi. effossa in foro Rom. ad ædem Saturni lacumque Curtij. *Anno* 1548.

8

VOLCANI

IMP. CAESAR. DIVI. F. AVGVSTVS
PONTIFEX. MAXIMVS
IMP. XIII. COS. XI. TRIB. POTEST. XV
EX. STIPE. QVAM. POPVLVS. ROMANVS
ANNO. NOVO. APSENTI. CONTVLIT
NERONE. CLAVDIO. DRVSO
T. QVINCTIO. CRISPINO COS
VOLCANO

Non procul inde, iuxta templum Diui Hadriani, *ad* arcum Sept. Seueri, *repertum fuit & hoc fragmentum*, *Anno* 1554.

9

COS.XI
EX. STIPE. QVAM. PO
CALENDIS. IANVAR
C.MARCIO.CENSORINO.C.ASINIO.GALLO.COS

Hoc Steph. Pighius, reliqua duo egomet vidi ac descripsi.

Suetonius in vita Augusti, cap.55.
Omnes in lacum Curtij quotannis ex voto, pro salute eius stipem iaciebant &c.
Item capite 89.
Augustus ex nocturno visu stipem quotannis die certo emendicabat à populo &c.

Tab. marm. reperta in domo Mattheiorum, in circo Flaminio *nunc* apud Gentilem Delphinium.

10

CN. OCTAVIVS. TITINIVS. CAPITO
PRAEF. COHORTIS. TRIB. MILIT. DONAT
HASTA. PVRA. CORONA. VALLARI. PROC. AB
EPISTVLIS. ET. A PATRIMONIO. ITERVM. AB
EPISTVLIS. DIVI. NERVAE. EODEM. AVCTORE.
EX.S.C. PRAETO—RIIS.ORNAMENTIS.AB EPISTVL
TERTIO.IMP.NERVAE.CAESAR.TRAIANI.AVG.GER
PRAEF. VIGILVM. VOLCANO. D. D

NEPTVNI

Interamnæ, *quam* Terni *corruptè nunc vocant, in Vmbria : in ara grandi, in foro.*

11

NEPTVNO
L. VALERIVS
PORTITOR

Stat hic Neptunus inter Delphines duos, dextra tridentem, sinistra piscem tenens, velo ab humero sinistro per brachium dependente.

SACRVM
NIGR.LIB.MENANDER
OCRISIVAE

A tergo eiusdem aræ.

NEPTVNO
L. VALERIVS
PORTITOR

Stat hic sacerdos inber-bis, velatus, ad aram, in qua ignis accensus est.

SACRVM
NIGRI.L.MENANDER
OCRISIVAE

A lateribus vtrinque tres in cymba remigantes.

Ego ipse vidi ac descripsi.

Capuæ *in Campania, via publica in basi seu ara.*

12

NEPTVNO
SACRVM

Tres versus studio erasi.

VOTVM.IN.SICVLO.FRETO
SVSCEPTVM. SOLVIT

Steph. Pighius exscripsit.

Neptunalia plura habes infra fol.cl.10.11.12.

Sub Quirinali, *domo priuata in arula.*

SILVANI


[1] SILVANO
SANCTO
SACRVM
PHILEMON
P. SCANTI
ELEVTHERI
D. D

Apud Gentilem Delphinium, *in arula.*

[2] SILVANO
SACR
AMPLIATVS
HILARI
AVGVSTOR
LIBERTI. SER
VILICVS (sic)
D. D

In hortis S[ti] Sebastiani *extra vrbem ad viam Appiam, basis.*

[3]



Prioris dedicatoris nomine deleto, alterius lõgè posterioris (sicuti ex characterum forma apparet) ineptè repositum est.

Hoc à Pighio accepi: reliqua egomet vidi.

1

O. M. F. CL. PRISCO
ICINIO. ITALICO. LEGATO. AVGVSTORVM
PR. PR. PROV. CAPPADOCIAE. LEG. AVG
PR. PR. PROV. BRITTANNIAE. LEG. AVG
PR. PR. PROV. MOESIAE. SVPER. CVRATO
ALVEI. TIBERIS. ET. CLOACARVM. VRBIS. C
LEG. AVG. PROV. DACIAE. LEG. LEG. XIII. G. P. F. LEG. LEG
IIII. GEM. MARTIAE. VICTRICIS. SACERDOTI. TITIALI
AVIALI. PR. INTER. CIVES. ET. PEREGRINOS. TR. PL. QVAEST
PROC. AVG. XX. HEREDITATIVM. PROV. NARBONENS. ET. AQVITA
R. EQ. ALAE. I. PR. C. R. TRIB. MIL. LEG. I. ADIVTR. P. F. ET. LEG. X. P.
T. LEG. IIII. GALLICAE. PRAEF. COH. IIII. LINGONVM. VEXILLO. MIL
ONATO. A. DIVO. HADRIANO. IN. EXPEDITIONE. IVDAIC
Q. CASSIVS. DOMITIVS. PALVMBVS

In villa Iulia
Ad viam Flaminiam
in cippo erecto.

2

DIIS. MANIBVS
L. TITI. L. F. PVPINIA
MACRI. VI. VIRO
DECVRIO
LAVDE. POMPEIA
VIXIT. ANNIS
XXX
TITIA. RHOPE
MATER. ET
SALVIVS. VICTOR
CONLAC. F

In pauimento templi Sancti Sebastiani
ad viam Appiam fragm.

3

LABERIO. L. F. AIM
COCCEIO. LEPIDO. PROC
RAET. TR. PL. QVAEST. LEG
ASIAE. LEG. PROPR. AFRICAE. L
MISSO. AD. PRINCIPEM. TRIB. MI
PRIMIG. X. VIR. STLIT.
APOLLONIVS. LIMENA
CYPRI

4

P. COELIO. P. F
SER. BALBINO
VIBVLLIO. PIO
X. VIRO. STLITIB. IVDIC
VI. VIRO. EQVIT. ROMAN
TVRM. QVINT. TR. MIL. LEG
XXII. PRIMIG. P. F. ADLECTO
INTER. PATRIC. AB. IMP. CAES
TRAIANO. HADRIANO. AVG
SALIO. COLLINO. QVAEST.
AVG. FLAMINI. VLPIALI. PR. DE
FIDEI. COMMISS. COS
DESIGNATO
DECVRIONES. SVA. PECVNIA

Brixiae.

5

P. CORNELIO. P. F
LENTVLO. SCIPIONI
COS. PRAEF. AERARI
LEG. TI. CAESARIS. AVG
LEG. LEG. VIIII. HISPAN
PONTIFICI. FETIALI
D. D

Hoc ab alijs accepi: reliqua verò egomet vidi.

Apud Gentilem Delphinium. *fragmentum baseos, vt apparet Licinij Surae.*


6

IMP. CAESAR
DACICVS. GENTEM. DACOR. ET. REGEM. DECEBALVM
BELLO. SVPERAVIT. SVB. EODEM. DVCE. LEG. PROPR. AB
EODEM. DONATO. HASTIS. PVRIS. VIII. VEXILLIS. VIII
CORONIS. MVRALIB. II. VALLARIBVS. II. CLASSICIS. II
AVRATIS. II. LEG. PRO. PR. PROVINCIAE. BELGICAE. LEG. LEG. I
MINERVIAE. CANDIDATO. CAESARIS. IN. PRAETVRA
ET. IN. TRIBVNATV. PLEB. QVAESTORI. PROVINCIAE
ACHAIAE. IIII. VIRO. VIARVM. CVRANDARVM
HVIC. SENATVS. AVCTORE. IMP. TRAIANO. AVG
GERMANICO. DACICO. TRIVMPHALIA. ORNAMENT.
DECREVIT. STATVAMQ. PECVN. PVBLIC. PONEND. CENSVIT

Retro Cæſarinos *Romæ*, *in baſi marm.*

7 L. FABIO. M. F
GALER. SEPTIMINO
CILONI. PRAEF. VRB
C. V. COS. II
M. VIBIVS. MATERNVS
ILVRENSIS. A. MILITIIS
CANDIDATVS. EIVS

In atrio domus Cæſianæ, *baſis.*



Ibidem olim, *ſed nunc in vinea* Cardinalis Carpenſis.

8 L. FABIO. M. F. GAL. CILONI. SEPTI
MINO. C. ATINIO. ACILIANO. LE
PIDO. FVLGINIANO . CoS
COMITI. IMP. L. SEPTIMI. SEVERI. PII
PERTINACIS. AVG. ARAB. ADIAB. P. P
SODAL. HADRIANAL. CVR. MIN. LEG
AVG. PR. PR. PROVINC. PANN. ET. MOE
SIAE. SVP. BITHYN. ET. PONTI. DVCI. VE
XILL. PER. ITALIAM. EXERCITVS. IMP
SEVERI. PII. PERTINACIS. AVG. ET. IMP
AVRELI. ANTONINI. AVG. PRAEPO
SITO. VEXILLATION. PERINTHI. PER
GENTIB. LEG. AVG. PER. PROVIN. GA
LAT. PRAEF. AER. MILITAR. PROCoS. PROV
NARBON. LEG. AVG. LEG. XVI. FR. PR. VRB
LEG. PR. PR. PROV. NARB. TRIB. PL. QVAEST
PROV. CRET. CYR. TRIB. MIL. LEG. XI. CL.
X. VIR. STLIT. IVDIC. CVR. R. P. NICO
MEDENSIVM. INTERAMNA
TIVM. NARTIVM. ITEM. GRAVI
SCANORVM
TI. CL. AMBRELIANVS. >. LEG. V
MACEDONICAE. OB. MERITA

Ibidem.

9 L. FABIO. M. F. GAL. CILONI
SEPTIMIO. COS. PRAEF. VRB.
LEG. AVGG. PROPR. PANNON.
SVPER. DVCI. VEXILL. LEG. PRO
PR. PROVINCIAR. MOESIAE. SVPER
PONTHI. ET. BITHYNIAE
COMITI. AVGG. LEG. AVGG. PRO
PR. PROV. GALATIAE. PRAEF
AER. MILITARIS. PRO
COS. ITEMQVE. LEG. PROV. NARBONENS.
LEG. LEG. XVI. ET. F. SAMOSATE
SODAL. HADRIANAL
PR. VRB. TRIB. PLEB. Q. PROV
CROETAE. TRIB. LEG. XI. CL.
X VIR. STLITIB. IVDICANDIS
MEDIOLANENSES
PATRONO

In ædib. Benzoniorum, *ad Sanctum Marcum Romæ tabulæ marm. fragmentum.*

10 M· PROVINCIA· PRAEF· ALE·
ANE· IN· EADEM· PROVINCIA·
VEHICVLORVM· PER· GALLIAS·
MONETAE· TRIVERICE· PRAESES·
NCIE· GERMANIAE· SVPERIORIS· V· P·
MVLIS· V· C· M· PRAEF· PRAET· ET· C· V
VRBI· VIXIT· ANNIS· LV
ES· N· XI· DIES· N· XXVII

Ego ipſe hæc omnia vidi.

In pauimento Sacelli, quod eſt ad templum Sancti Gregorij, in Cœlio monte, *tabula confracta.*

11 ACONTII
L. RANIO. OPTATO. V. C. COS
CVRATORI. REIP. MEDIOLANENSIVM
CVRAT. REIP. NOLANORVM. PRO. COS. PROVINCIAE
NARBONENSIVM. LEGATO. AVG. ET. IVRIDICO
ASTYRIAE. ET. GALAECIAE. CVRATORI. VIAE
SALARIAE. ET. CVRATORI. REIP. VRVINATIVM
MATAVRENSIVM. LEGATO. PROVINCIAE
ASIAE. PRAETORI. TRIBVNO. PLEBI
QVAESTORI. PROVINCIAE. SICILIAE

In ædib. Colotianis, *ad aquam Virginem, tabula marm.*

Principio aliquid deest.

1

IMP. M. AVRELI. ANTONINI. AVG
PII. FELICIS. PONTIFICIS. CONS
IMP. L. SEPTIMI. SEVERI. AVG. PII. FELICIS
PONTIFICIS. ET. PARTHICI. MAXIMI. COS. III. NVRVI
FILIAE

PONTIFICIS. NOBILISSIMI. PR. PR. NECESSARII
AVGG. ET. COMITIS. PER. OMNES. EXPEDITIONES. EORVM
T. STATILIVS. CALOCAERVS. NOMENCL.
CVM. STATILIO. DIONYSIO. TRIB. LEG. XVI. FLAVIAE
ET. STATILIO. MYRONE. DISSIGNATORE. SCAENAR
FILIIS. ET. STATILIO. DIONYSIO. DISCIPVLO. FICTORVM
PONT. FICVM. C. C. V. V. NEPOTE. SVO
AMPLA. BENEFICIA. DE. INDVLGENTIA
AVGVSTORVM. SVFFRAGIO. PATRIS. EIVS
CONSECVTVS

In ædib. posterioribus de la Valle, *in basi oblonga.*

2

C. CAERELLIO. FVFIDIO
ANNIO. RAVO. C. F. OVF
POLITITIANO. SODALI
MARCIANO. AVRELIANO
COMMODIANO. HELVIANO
SEVERIANO. III. VIR. MONET
A. A. A. F. F. TRIB. LATICLAVIO
LEG. III. CYR. VI. VIR. EQVIT. ROM
TVRMAE. PRIMAE. QVAESTOR
CANDIDATO
IMP. CAESARIS. M. AVRELI
ANTONINI. PII. FELICIS. AVG
TRIB. PL. CANDIDATVS. PR. HASTAR. C.
FVFIDII. AMYCVS. ET
CHRESTINA. NVTRITORES

Repertum in foro Traiani *anno.* 1555. *mense Iunio.*

3

M. PONTIO. M. F. PVP
L. AETIANO. LARCIO. SABINO. COS. PON
TIFICI. SODALI. ANTONINIANO. VERIANO
FETIALI. LEG. AVG. PR. PR. PROV. SYRIAE. LEG. AVG
PR. PR. PROV. PANNON. SVPER. LEG. AVG. PR. PR. PAN
NON. INFER. COMITI. DIVI. VERI. AVG. DONATO. DONIS
MILITARIB. BELLO. ARMENIACO. ET. PARTHICO
AB. IMP. ANTONINO. AVG. ET. A. DIVO. VERO. AVG
MVL ... ICA. AVR

Hoc à Pighio accepi: reliqua egomet vidi.

In Sancta Potentiana, *ad Sanctam Mariam maiorem, pars basis inferior.*

4

RELIGIOSISSIMOQVE
C. CEIONIO. RVFIO. VOLVSIANO. V. C.
CORR. ITALIAE. PER. ANNOS. OCTO
PROCONSVLI. AFRICAE
COMITI. DOMINI. NOSTRI
CONSTANTINI. INVICTI. ET
PERPETVI. SEMPER. AVGVSTI
PRAEFECTO. VRBI. IVDICI. SACRARVM
COGNITIONVM. CONSVLI

In vinea Francisci Montoni Galli *ad viam Flaminiam extra portam Flumentanam: basis magna.*

5

FABIO. TITIANO. V. C
CORRECTORI. FLAMINIAE
ET. PICENI. CONSVLARI
SICILIAE. PROCONSVLI
PROVINCIAE. ASIAE
IVDICI. SACRARVM. COG
NITIONVM. COMITI. PRIMI
ORDINIS. CONSVLI. ORDI
NARIO. PRAEF. VRBIS
PEREGRINVS

SERBVS. DOMINO. PRAESTANTISSIMO

In vinea Card. Carpensis

Bases marmoreæ tres, illuc è vico Corocollo appellato, inter Gabios Tiburtinósque, anno 1549. aduectæ, è Sepulchro magnifico, sed iam demolito, cui ornatus & memoriæ causâ additæ erant statuæ.

6

C.CAESONIO.C.F.QVIR.MACRO.RVFINIANO
CONSVLARI. SODALI. AVGVSTALI. COMITI. IMP
SEVERI. ALEXANDRI. AVG. CVR. R P. LANIVINOR. II
PRO. COS. PROV. AFRICAE. CVR. AQVAR. ET. MINIC.
LEG. AVG. PR. PR. GERMAN. SVPERIORIS. CVR. ALVEI
TIBERIS. CVR. R. P. TEANENS. LEG. AVG. PR. PR. PROV
LVSITAN. CVR. R. P. TARRICINENS. PROCOS. PROV
ACHAIAE. LEG. LEG. VII. CLAVD. CVR. R. P. ASCVLAN
LEG. PROV. ASIAE. PR. LEG. PROV. BAETIC. TRIB. PL.
QVAESTORI. PROV. NARBON. TRIB. LEG. I. ADIVTRIC
DONATO. DONIS. MILITARIB. A. DIVO. MARCO
IIIVIR. CAPITALI
PATRI. DVLCISSIMO. ET. INCONPARABILI
CAESONIVS. LVCILLVS. FILIVS
CONSVLARIS

7

MANILIAE. LVCILLAE. C. F
MATRI. PIISSIMAE. ET
INCOMPARABILI.
CAESONIVS. LVCILLVS
V. C. FILIVS.

8

L. CAESONIVS. C. FIL. QVIRINA. LVCILLVS
MACER. RVFINIANVS. COS. FRATER. ARVALIS
PRAEF. VRBI. ELECTVS. AD. COGNOSCENDAS. VICE. CAESARIS
COGNITIONES. PROCOS. PROV. AFRICAE. XX [sic] VIROS. EX. SENATVS
CONSVLTO. R.P. CVRANDAE. CVRATOR. AQVARVM. ET. MINICIAE
CVR. ALBEI. TYBERIS. ET. CLOACARVM. VRBIS. LEGATVS. PROV
AFRICAE. EODEM. TEMPORE. VICE. PROCONSVLIS. CVRATOR. R.P
TVSCOLANORVM. CVRATOR. R. P. SVESSANORVM
PRAETOR. KANDIDATVS. QVAESTOR. KANDIDAT
ELECTVS. IN. FAMILIAM. PATRICIAM. X.VIR
STLITIBVS. IVDICANDIS

Ego ipse hæc omnia vidi.

Trans Tiberim, in domo priuata ciuis cuiusdam Romani. tab. marm.

1 C. IVNIO. C. F. QVIR
FLAVIANO
PRAEF. ANNONAE
PROC. ARATIONIBVS. PROC
PROVINCIARVM. LVGDVNESIS
ET. AQVITANICAE. PROC. HEREDITAT
PROC. HISPANIAE. CITERIORIS
PER. ASTVRICAM. ET. GALLAECIAM
PROC. ALPIVM. MARITIMARVM
PROMAGISTRO. XX. HEREDITATIVM
TR. MIL. LEG. VII. GEM. PONTIF. MINORI
MERCATORES. FRVMENTARI
ET. OLEARI. AFRARI

In domo Iulij Porcarij, ad Mineruam, basis marmorea.

ASTERII

2 L. TVRCIO. APRONIANO. V. C
FILIO. L. TVRCI. APRONIANI. V. C
PRAEFECTI. VRBIS. NEPOTI
L. TVRCI. SECVNDI. C. V. CONSVLI
QVAESTORI. PRAETORI. QVINDECEM
VIRO. SACRIS. FACIVNDIS. CORREC
TORI. TVSCIAE. ET. VMBRIAE. OMNI
VIRTVTE. PRAESTANTI. STATVAM
EX. AERE. ORDO. SPOLETINORVM
AD. MEMORIAM. PERPETVI. NOMINIS
CONLOCAVIT

CVRANTIBVS. FL. SPE. V. P. ET. CONDO
NIO. TAVRO. IVN

POST. AMANTI. ET. ALBINI. CONS

In area palatij posterioris de la Valle, basis marmorea prægrandis.

FL. STILICHONI. V. C

3 FL. STILICHONI. INLVSTRISSIMO. VIRO
MAGISTRO. EQVITVM. PEDITVMQVE
COMITI. DOMESTICORVM. TRIBVNO. PRAETORIANO
ET. AB. INEVNTE. AETATE. PER. GRADVS. CLARIS
SIMAE. MILITIAE. AD. COLVMEN. GLORIAE
SEMPITERNAE. ET. REGIAE. ADFINITATIS. EVECTO
PROGENERI. DIVI. THEODOSI. COMITI. DIVI
THEODOSI. AVGVSTI. IN. OMNIBVS. BELLIS
ADQVE. VICTORIIS. ET. AB. EO. IN. ADFINITATEM
REGIAM. COOPTATO. ITEMQVE. SOCERO. D. N
HONORI. AVGVSTI. AFRICA. CONSILIIS. EIVS
ET. PROVISIONE. LIBERATA. EX. S. C

In eodem palatio posteriori de la Valle basis marmorea, cui corona superior cum nomine ipsius Stilichonis deest.

4 VIRO. BIS. CONSVLI. ORDINARIO
MAGISTRO. VTRIVSQVE. MILITIAE
COMITI. DOMESTICORVM
ET. STABVLI. SACRI. ADQVE
AB. INEVNTE. AETATE. PER
GRADVS. CLARISSIMAE
MILITIAE. AD. COLVMEN. REGIAE
ADFINITATIS. EVECTO. SOCIO
BELLORVM. OMNIVM
ET. VICTORIARVM. ADFINI
ETIAM. DIVI. THEODOSI. AVGVSTI
ITEMQVE. SOCERO
DOMINI. NOSTRI. HONORI. AVGVSTI
POPVLVS. ROMANVS
PRO. SINGVLARI. EIVS
CIRCA. SE. AMORE
ADQVE. PROVIDENTIA
STATVAM. EX. AERE. ARGENTOQVE
IN. ROSTRIS. AD. MEMORIAM
GLORIAE. SEMPITERNAE
CONLOCANDAM. DECREVIT

EXEQVENTE. FL. PISIDIO. ROMVLO
V. C. PRAEF. VRBIS

Hæc omnia plus centies vidi.

In Sancta Maria del' Angelo, *in foro transitorio, ante basilicam Neruæ. Basis marmorea.*

PETRONI . MAXIMI

5 D.D.D.N.N.N. INVICTISSIMI. PRINCIPES. HONORIVS
THEODOSIVS. ET. CONSTANTIVS. CENSORES
REMVNERATORESQVE. VIRTVTVM
PETRONIO. MAXIMO. V. C. PRAEF. VRB. OB. PETITION.
SENATVS. AMPLISSIMI. POPVLIQ. ROMANI. STATVAM
MERITORVM. PERENNE. MONVMENTVM. IN. FORO
VLPIO. CONSTITVI. IVSSERVNT. CVM. A. PROAVIS
ATABISQ. NOBILITAS.PARIBVS. TITVLORVM. INSIGNIBVS
ORNATVR. QVI. PRIMAEVVS. IN. CONSISTORIO
SACRO.TRIBVNVS.ET.NOTARIVS. MERVIT.NONO.DECIM
AETATIS. ANNO. SACRARVM. REMVNERATIONVM
PER. TRIENNIVM. COMES. POST. PRAEF. VRBIS. AET.SEX
MENSIB. HASQVE. OMNES. DIGNITATES. INTRA. VICE
SIMVM. QVINTVM. ADSECVTVS. AETATIS. ANNVM
PVBLICVM. IN SE. TESTIMONIVM. ET. AETERNORVM
PRINCIPVM. IVDICIVM. PROVOCAVIT

Hoc ab aliis accepi: reliqua duo egomet vidi.

Retro palatium Cardinalis de la Valle *in basi marm. grandi.*

6 FL.EVGENIO. V.C. EX. PRAEFECTO. PRAETORIO
CONSVLI.ORDINARIO.DESIGNATO.MAGISTRO
OFFICIORVM.OMNIVM.COMITI.DOMESTICO
ORDINIS. PRIMI. OMNIBVSQ. PALATINIS
DIGNITATIBVS.FVNCTO. OB.EGREGIA. EIVS
IN. REMPVBLICAM. MERITA. HVIC
D. D. N. N. CONSTANTIVS. VICTOR. AC
TRIVMFATOR. SEMPER. AVGVSTVS. ET
IVLIANVS. NOBILISSIMVS. CAESAR
STATVAM. SVB. AVRO. IN. FORO. DIVI
TRAIANI. QVAM. ANTE. SVB. DIVO
CONSTANTE. VITAE. ET. FIDELISSIMAE
DEVOTIONIS. GRATIA. MERVIT
ADPRODANTE. AMPLISSIMO. SENATV
SVMPTV. PVBLICO. LOCO. SVO
RESTITVENDAM. CVRAVERVNT

In templo Sanctæ Priscæ, *in Auentino in basi.*

HONORI
7 MEMMIO. VITRASIO. ORFITO. V.C
NOBILITATE. ACTIBVSQVE. AD. EXEM
PLVM. PRAECIPVO. PRAEFECTO. VRBI
ET. ITERVM. PRAEFECTO. VRBI. PROCON
SVLI. AFRICAE. AC. TERTIO. SACRARVM
COGNITIONVM. IVDICI. COMITI. IN
CONSISTORIO. ORDINIS. PRIMI. LE
GATO. SECVNDO. DIFFICILLIMIS. TEM
PORIBVS. PETITV. SENATVS. ET. P.R
COMITI. ORDINIS. SECVNDI. EXPEDITION.
BELLICAS. GVBERNANTI. CONSVLARI. SICIL.
PONTIFICI. SOLIS. PONTIFICI. VESTAE
XV. VIRO. S. F. CONSVLI. PRAETORI. Q.K.OM
NIBVSQ. PERFVNCTO. HONORIB. INTRA
AETATIS. PRIMORDIA. OB. PROVIDENTIAM
ET. STATVM. OPTIMVM. VRBI. ROMAE. AB. EO
REDDITVM. CORPVS. OMNIVM. MANCI
PVM. STATVAM. SVB. AERE. CONSTITVIT

In via Ostiensi, 3°. *ab vrbe miliari.*
In sepulchro marmoreo, quadrato, fascibus & securib. consularibus atque alijs ornamentis insigni.

1

D . M
M . ANTONII. ANTII. LVPI. PR.
PATRICII. AVGVRIS. QVAEST. SODAL. TITII. TRIB
MIL. LEG. II. ADIVTR. PIAE. FIDEL. X VIR. STL. IVD. PRAEF. FER
LAT. CVIVS. MEMORIA. PER. VIM. OPPRESSI. IN
INTEGRVM. SECVNDVM. AMPLISSIMI. ORDINIS
CONSVLTVM. RESTITVTA. EST. SEPVLCHRVM. AB. EO. COEPTVM
CLAVDIAE. REGILLAE. VXORI. ET. ANTIAE. MARCELLINAE. FIL
PIETATIS. SVAE. ERGA. EVM. TESTIFICANDAE. GRATIA. ET
NOMINIS. EIVS. IN. PERPETVVM. CELEBRANDI. PERFECERVNT. ATFINES
M. VALERIVS. BRADVA. MAVRICVS. PONTIF. ET. ANTONIA. VITELLIA
AMICI
Q. FABIVS. HONORATVS. T. ANNAEVS. PLACIDVS

In via Cassia 2°. *ab vrbe miliari: in Sarcophago erecto, in quo hinc inde veluti Castores: in operculo Victoriæ alatæ cum trophæis: in lateribus Gryphes super capita boum: supra quos in operculo aquila cum serpentib. luctantur, astante quodam sagato, hastato, trunco innitente. In fronte sculpta est pagina huiusmodi cum inscriptione.*

2

D . M . S
P. VIBI. P. F. MARIANI. E. M. V. PROC
ET. PRAESIDI. PROV. SARDINIAE. P. P. BIS
TRIB. COH. X. PR. XI. VRB. IIII. VIG. PRAEF. LEG
II. ITAL. P. P. LEG. III. GALL. >. FRVMENT
ORIVNDO. EX. ITAL. IVL. DERTONA
PATRI. DVLCISSIMO
ET. REGINIAE. MAXIMAE. MATRI
KARISSIMAE
VIBI. MARIA. MAXIMA. C. F. FIL. ET. HER

In duabus statuarum basibus, quarum altera in hortis Cæsianis *posita est, altera* in palatio della Crepanica, *abiecta iacet.*

3

C. SALLIO. ARISTAENETO. C. V
SEPTEMVIRO. EPVLONVM
SODALI. AVGVSTALI. IVRIDICO
PER. PICENVM. ET. APVLIAM
CVRATORI. VIARVM. AVRELIAE
CORNELIAE. TRIVMPHALIS
PRAETORI. K. TVTELARIO. QVAESTORI
DESIGNATO. ET. EODEM. ANNO. AD
AEDILITATEM. PROMOTO. X VIRO
STLITIBVS. IVDICANDIS. ORATORI
MAXIMO
DECVRIONES. ET. PLEBS. COLONIAE. ASCVLANO
RVM. PROPTER. HVMANITATEM ABSTINENTIAM

4

C. SALLIO. ARISTAENETO. V. C
SEPTEMVIRO. EPVLON. SODALI
AVG. IVRID. PER. PICENVM. ET
APVLIAM. CVRATORI. VIAR.
AVREL. ET. CORNELIAE. TRIVMPHA
LIS. PR. K. TVTELAR. Q. DESIGNATO
ET. EODEM. ANNO. AD. AEDILITATEM
PROMOTO. X VIRO. STLITIBVS
IVDICAND. ORATORI. MAXIMO
DECVRIONES. ET. PLEBS
COLONIAE. ANCONITANORVM. PROP
TER. HVMANITATEM. ABSTINENTIAM. EFFI
CACIAM

Ego ipse hæc omnia vidi.

Basis statuæ, reperta in Cœlio monte intra hortos Monasterij Sancti Stephani rotundi.

5 fes





Tabella ænea ibidem eruta.


Quæ nunc est apud clariss. virum Achillem Maffaum.

6




Altera tabella ænea, ibidem reperta.

7



Altera basis statuæ ibidem effossa.

8



Hæc omnia partim à Pighio, partim à Nicolao Florentio accepimus.

Anno 15.. sub Pio .4. Pont. max. effossæ fuerunt bases tabellæq; sequentes, in monte Cœlio, *iuxta ædē dirutā Sancti Erasmi, intra hortos monasterij Sancti Stephani rotundi.*

POPVLONII

9

L. ARADIO. VAL. PROCVLO. V. C
AVGVRI
PONTIFICI. MAIORI
QVINDECEMVIRO. SACRIS. FACIVNDIS
PONTIFICI. FLAVIALI
PRAETORI. TVTELARI
LEGATO. PRO. PRAETORE. PROVINCIAE. NVMIDIAE
PERAEQVATORI. CENSVS. PROVINCIAE. GALLECIAE
PRAESIDI. PROVINCIAE. BYZACENAE
CONSVLARI. PROVINCIAE. EVROPAE. ET. THRACIAE
CONSVLARI. PROVINCIAE. SICILIAE
COMITI. ORDINIS. SECVNDI
COMITI. ORDINIS. PRIMI
PROCONSVLI. PROVINCIAE. AFRICAE. VICE
SACRA. IVDICANTI. EIDEMQ. IVDICIO. SACRO
PER. PROVINCIAS. PROCONSVLAREM. ET
NVMIDIAM. BYZACIVM. AC. TRIPOLIM
ITEMQVE. MAVRETANIAM. SITIFENSEM. ET
CAESARIENSEM
PERFVNCTO. OFFICIO. PRAEFECTVRAE. PRAETORIO
COMITI. ITERVM. ORDINIS. PRIMI. INTRA. PALATIVM
PRAEFECTO. VRBI. VICESACRA. ITERVM. IVDICANTI
CONSVLI. ORDINARIO;

HVIC. CORPVS. SVARIORVM. ET. CONFECTVRARIORVM
AVCTORIBVS. PATRONIS. EX. AFFECTV. EIDEM. IVRE. DEBITO
STATVAM. PATRONO. DIGNO. PONENDAM. CENSVIT

Hæc tabella ænea nunc est apud Achillem Maffæum, lataq; est digitos .12. alta verò 21. ita vt tympanum septem, reliquum verò quatuordecim digitorum spatium occupet.

10

FELI CITER

DD. NN. CRISPO. ET. CONSTAN
TINO. NOBB. CAESS. IT. COSS
X. KAL. MAI
QVOD. Q. ARADIVM. VAL. PROCVLVM
V.C. PRAESIDEM. PROV. VAL. BYZAC
FAVSTIANENSES. PATRONVM. COOP
TARENT. CVM. LIBERIS. POSTERISQVE
SVIS. TESSERAM. HOSPITALEM
CVM. EO. FECERVNT. VTI. SE. IN. FIDEM
ATQVE. CLIENTELAM. VEL. SVAM
VEL. POSTERORVM. SVORVM
RECIPERET. ATQVE. ITA. IN. HAC
RE. SPLENDIDISSIMVS. ORDO.
EIVSDEM. CIVITATIS. FAVSTI
ANENSIS. LEGATIONEM. PRO
SECVTVS. EST.

POPVLONII

11

L. ARADIO. VALERIO. PROCVLO. V. C
AVGVRI. PONTIFICI. MAIORI. XV. VIR. SAC
FACIVNDIS. PONTIF. FLAVIALI. PRAETORI
TVTELARIO. LEGATO. PRO. PRAETORE. PROV
NVMIDIAE. PERAEQVATORI. CENSVS. PRO
VINCIAE. GALLECIAE. PRAESIDI. PROVIN
CIAE. BYZACENAE. CONSVLARI. PROV. EV
ROPAE. ET. THRACIAE. CONSVLARI. PROV.
SICILIAE. VICESACRA. IVDICANTI. EIDE
QVE. IVDICIO. SACRO. PER. PROVINCIAS
PROCONSVLAREM. ET. NVMIDIAM. BY
ZACIVM. AC. TRIPOLIM, ITEMQVE. MAV
RETANIAM. SITIFENSEM. ET. CAESA
RIENSEM. PERFVNCTO. OFFICIO. PRAEF
PRAETORIO. COMITI. ITERVM. ORDI
NIS. PRIMI. INTRA. PALATIVM, PRAEF
VRBI. VICE SACRA. ITERVM. IVDICAN
TI, CONSVLI. ORDINARIO,

VIRI. PERFECTISSIMI. ET. PRIN
CIPALES. ET. SPLENDIDISSIMVS. OR
DO. ET. POPVLVS. PVTEOLANORVM
PATRONO. DIGNISSIMO

CVRANTE. SEPT. CARITONE V. P.

12

POPVLONII

DD. NN. CRISPO. ET. CONSTANTINO. IVN. NOBB.
CAESS. ITERVM. IN. IDVS. MART. CONSS
COLONI. COLONIAI. CONCORDIAE. VLPIAE. TRAIANAE
AVGVSTAE. FRVGIFERAE. HADRVMETINAE
Q. ARADIVM. VALERIVM. PROCVLVM. V.C. PRAESIDEM
PROVINCIAE. BYZACENAE. LIBEROS. POSTEROSQVE. EIVS
SIBI. LIBERIS. POSTERISQVE. SVIS. PATRONVM. COOPTA
VERVNT. Q. ARADIVS. VALERIVS. PROCVLVS. V.C. PRAESES
PROVINC. VAL. BYZACEN. COLONIS. COLONIAE. CON
CORDIAE. VLPIAE. TRAIANAE. AVGVSTAE. FRVGIFERAE
HADRVMETINAE. LIBEROS. POSTEROSQVE. EORVM. IN. FI
DEM. CLIENTELAMQVE. SVAM. LIBERORVM
POSTERORVMQVE. SVORVM. RECEPIT

B - B

13 PETRONIO. PROBIANO - ET - ANICIO - IVLIANO - COSS -
PRID - KALENDAS - APRILES -
COLONI - COLONIAE - AELIAE - HADRIANAE - AVG -
ZAMAE. REGIAE
Q. ARADIVM. VALERIVM - PROCVLVM - IPSVM -
LIBEROS - POSTEROSQVE - EIVS - SIBI - LIBERIS - POSTE
RISQVE. SVIS - PATRONVM - COOPTAVERVNT -
Q. ARADIVS. VALERIVS - PROCVLVS - COLONOS -
COL. AEL. HADRIANAE - AVG - ZAMAE - REG - IPSOS - LI
BEROS. POSTEROSQ. EORVM - SIBI. LIBERIS - POSTERIS
QVE - SVIS - IN CLIENTELAM. RECEPIT - EGERVNT -
C. MVCIVS - BRVTIANVS - FAVSTINVS - ANTONIANVS VE FLAM
AVG - P. P - AVG - CVR. R - P - ET. C. CAMELLIVS. AFRICANVS - FABIA
NVS - HONORATVS - VE FL. AVG. P - P - P. ET. C. IVLIVS. SERVATVS - TER
TVLLIANVS VE FL - AVG - P. P - ITEM - FLAVIVS. THEODORVS - THALLVS -
VE FL - AVG. P - P - P - FEC. MVCIVS. PROBVS. FELIX. RVFINVS VE FL. AVG. P. P. P - SOS
ET. M. NASIDIVS SATVRVS SABINIANVS NQVEANVS. VE FL. AVG. P. P. AVG. ET. P. GAVI
VS RENATVS - MAIOR - DONATIANVS - VE FL. AVG. P. P. ET. C. BOCIVS. CASSIANVS
SECVNDINVS. VE F. L. AVG. P. P. ET. P. IVLIVS. CATINIVS. HONORTIANVS VE FL. AVG
P. P. AED. ET. C. BLOSSIVS. IVNIANVS ORONTINVS. VE F. L. AVG. P. P. AED. DESIG r

Et hæc tabella in eisdem hortis Sancti Stephani rotundi in Cœlio monte reperta fuit. Alta verò est pedem vnum ac vncias septem : pedémque vnum præter vnciam vnâ lata.

Eius exemplar ad nos missum est Roma per Nic. Florentium.

In basi marmorea alta pedes vi. effossa Romæ *anno* 1564. *in viculo quo itur à Spoglia Christo* in columnam Traiani, *sub ædib. Angelicæ, viduæ Pauli Sceronis.*

SATVRNINIO. SECVNDO. V.C
14 PRAESIDI. PROVINCIAE AQVITANICAE
MAGISTRO. MEMORIAE. COMITI. ORDI
NIS PRIMI PROCONSVLI AFRICAE ITEM
COMITI ORDINIS PRIMI INTRA CON
SISTORIVM ET QVAESTORI PRAEF
PRAETORIO ITERVM OB EGREGIA
EIVS IN REMPVBLICAM MERITA
DD NN VALENTINIANVS ET
VALENS VICTORES AC TRIVMFA
TORES SEMPER AVGVSTI
STATVAM SVB AVRO CONSTI
TVI LOCARIQVE IVSSERVNT.

Et hoc ad nos transmisit Nic. Florentius anno s.s. sub mensem Octobrem.

In ædibus Cauaglieriorum, *ad campum Floræ, in basi statuæ, aut tabula honoraria.*

1 ANICII. IVN
ANICIO. PAVLINO. IVN. C. V
PRO. COS. ASIAE. ET. HELLESPONTI
CONSVLI. ORDINARIO. PRAEF. VRBI
VICE. SACRA. IVDICANTI. OB
MERITVM. NOBILITATIS. ELOQVII
IVSTITIAE. ATQ. CENSVRAE. QVI
BVS. PRIVATIM. AC. PVBLICE
CLARVS. EST. PETITV. POPVLI. R.
TESTIMONIO. SENATVS. IVDICIO
D. D. N. N. TRIVMPHATORIS. AVG
CAESARVMQ. FLORENTIVM
STATVAM. SECVNDAM. AVRO
SVPERFVSAM. LOCARI. SVMPTV
PVBLICO . PLACVIT

Iuxta Sanctum Nicolaum de Forbioribus, *in regione Columnæ, in basi statuæ.*

[redacted] *Erasum, ita tamē, vt legi adhuc possit.*
2 POSTVMIANVS. C. V. FILIVS
MAGNIFICI. VIRI. MARINIANI
PRAEFECTI. PRAETORIO
ET. CONSVLIS. ORDINARII
QVAESTOR. CANDIDATVS
PRAETOR. VRBANVS. TRIBVNVS
ET. NOTARIVS. PRAETORIANVS
PRAEFECTVS. VRBI. SECVNDO
CONSVL. ORDINARIVS. QVOS
TANTOS. AC. TALES. HONORES
PRIMO. AETATIS. SVAE. FLORE
PROMERVIT

In domo quondam Pomponij Læti, *in Quirinali, tabula marmorea.*

CL. CLAVDIANI. V. C
3 CL. CLAVDIANO. V. C. TRI
BVNO. ET. NOTARIO. INTER. CETERAS
VIGENTES. ARTES. PRAEGLORIOSISSIMO
POETARVM. LICET. AD. MEMORIAM. SEM
PITERNAM. CARMINA. AB. EODEM
SCRIPTA. SVFFICIANT. ADTAMEN
TESTIMONII. GRATIA. OB. IVDICII. SVI
FIDEM. DD. NN. ARCADIVS. ET. HONORIVS
FELICISSIMI. AC. DOCTISSIMI
IMPERATORES. SENATV. PETENTE
STATVAM. IN. FORO. DIVI. TRAIANI
ERIGI. COLLOCARIQ. IVSSERVNT

ЄIN ЄNI ΒΙΡΓΙΛΙΟΙΟ ΝΟΟΝ
ΚΑΙ ΜΟΥϹΑΝ ΟΜΗΡΟΥ
ΚΛΑΥΔΙΑΝΟΝ ΡΩΜΗ ΚΑΙ ω
ΒΑϹΙΛΗϹ ЄΘЄϹΑΝ

Sub Capitolio, *in basi statuæ.*

PHOSPHORII

4 L. AVR. AVIANIO. SYMMACHO. V. C
PRAEFECTO. VRBI. CONSVLI. PROPRAEFECTIS
PRAETORIO. IN. VRBE. ROMA. FINITIMISQVE
PROVINCIIS. PRAEFECTO. ANNONAE. VR
BIS. ROMAE. PONTIFICI. MAIORI. QVINDE
CEMVIRO. S. F. MVLTIS. LEGATIONIBVS
PRO. AMPLISSIMI. ORDINIS. DESIDERIIS
APVD. DIVOS. PRINCIPES. FVNCTO. QVI
PRIMVS. IN. SENATV. SENTENTIAM. ROGA
RI. SOLITVS. AVCTORITATE. PRVDENTIA. ATQ
ELOQVENTIA. PRO. DIGNITATE. TANTI. ORDI
NIS. MAGNITVDINEM. LOCI. EIVS. INPLEVE
RIT. AVRO. INLVSTREM. STATVAM. QVAM
A. DOMINIS. AVGVSTISQ. NOSTRIS. SENATVS
AMPLISSIMVS. DECRETIS. FREQVENTIB. IN
PETRABIT. IDEM. TRIVMPHATORES. PRINCIPES
NOSTRI. CONSTITVI. ADPOSITA. ORATIONE. IVS
SERVNT. QVAE. MERITORVM. EIVS. ORDINEM
AC. SERIEM. CONTINERET. QVORVM. PERENNE
IVDICIVM. TANTO. MVNERI. HOC. QVOQVE. AD
DIDIT. VT. ALTERAM. STATVAM. PARI. SPLEN
DORE. ETIAM. APVD. CONSTANTINOPOLIM
COLLOCARET

A dextro latere
DEDICATA. III. KAL. MAIAS
D. N. GRATIANO. IIII. ET. MEROBAVDE. COS

In Esquilijs, *præforibus vineæ cuiusdam, in cippo marmoreo rudi.*

5 IVLIVS. FELIX. VALENTINIANVS. V. C. ET
EX. SILENTIARIO. SACRI. PALATII. COM
CONSISTORII. COM. DOM. QVI. VIX
ANN. LXVII. MENS. IIII. D. XXV. DEP. IN. PAC
FL. EVTARICHO. COLLIGA. V. C. CONS.

Ego ipse hæc omnia vidi.

In insula Tiberina: *in auersa parte aræ sepulchralis Tulliæ Fortunatæ (quæ infra habetur fol. cxxvij) à posteris violatæ, & in basim versæ.*

6 RAGONIO. VINCENTIO. CELSO. V. Cø
A PRIMO. AETATIS. INTROITV. IN. ACTV
PVBLICO. FIDELI. EXERCITATIONE. VERSATO
CVIVS. PRIMAEVITAS. OFFICIO. SEDIS. VRBANAE
ADVOCATIONIS. EXERCITO. FIDEM. IVNCXIT. INGENIO
PRVDENTIAE. MISCVIT. LIBERTATEM. ITA. VT. NEMO
DE. EIVS. INDVSTRIA. NISI. ILLE. CONTRA. QVEM
SVSCEPERAT. FORMIDARET. CVIVS. ACCESSVS. AETATIS
AMPLISSIMI. HONORIS. ET. QVI. SOLET. SENIORIB.
PROVENIRE. ORNAMENTA. PROMERVIT. NAM
REXIT. ANNONARIAM. POTESTATEM. VRBIS. AETERNAE
EA. AEQVITATE. VT. INTER. OMNES. QVI. AD. EVM
ANIMO. LITIGANTIS. INTRASSENT. PARENTEM. SE
PLERVMQVE. MAGIS. HIS. QVAM. IVDICEM. PRAEBVISSET
HINC. ETIAM. FACTVM. EST. VT. MENSORES. NOS
PORTVENSES. QVIB. VETVS. FVIT. CVM. CAVDICARIIS
DIVTVRNVMQ. LVCTAMEN. VOTI. COMPOTES
ABIREMVS. VT. VTRVMQ. CORPVS. ET. BENEFICIO
SE. ET. VICTORIA. GRATVLETVR. ADFECTVM. NAM
VT. HOC. ESSET. INDICIO. IAM. POSITO. MAGISTRATV
STATVAM. PATRONO. PRAESTANTISSIMO. TESTIMONIVM
GRATVLATIONIS. EXSOLVIMVS. CVM. RES. NON. ADVLATIONE
PRIVATO. SET. IVDICIO. POSITO. IN. OCIO. ET. QVIETE
REDDATVR

In altero latere.

DEDICATA. VIII. KAL. SEPT
FL. TIMASIO. ET. FL. PROMOTO
VV. CC. CONSS

Egomet vidi atque exscripsi.

In atrio domus Cæsianæ
in duabus marmoreis basib. eiusdem ferè & magnitudinis & formæ.

CONSIMILES. FRATRVM. TRABEIS. GESTAMINA. HONORVM DILECTAE. PROBVS. HAEC PERSOLVIT MVNERA. MATRI
TERTIA. QVAE. DEDERANT. ADDIDIMVS. TITVLIS RESTITVENS. STATVIS. PRAEMIA. QVAE DEDERAT

1

ANICIAE · FALTONIAE
PROBAE · AMNIOS · PINCIOS
ANICIOSQVE · DECORANTI
CONSVLIS · VXORI
CONSVLIS · FILIAE
CONSVLVM · MATRI
ANICIVS · PROBINVS · V · C
CONSVL · ORDINARIVS
ET · ANICIVS · PROBVS · V · C
QVAESTOR · CANDIDATVS
FILII · DEVINCTI
MATERNIS · MERITIS
DEDICAVERVNT

2

ANICIAE. FALTONIAE
PROBAE · FIDEI · NOBILITA
TIS · ANTIQVAE · ORNA
MENTO · ANICIANAE
FAMILIAE · SERVANDAE · ET
DOCENDAE · CASTITATIS
EXEMPLO · CONSVLVM
PROLI · CONSVLVM · MATRI
ANICIVS · HERMOGENIANVS
OLYBRIVS · V · C
CONSVL · ORDINARIVS
ET · ANICIA · IVLIANA. C. F
EIVS · DEVOTISSIMI · FILII
DEDICARVNT

Basis marmorea reperta ad busta Gallica.

Alibi in simili basi marm.

3

ANICIAE. FALTONIAE
INLVSTRISSIMAE · ET
SANCTISSIMAE
CASTISSIMAE · FEMINAE
HERMOGENIANVS · OLYBRIVS
V. C · CONSVL · ORDINARIVS
ET · ANICIA · IVLIANA · C. F
D : D


4

TYRRANIAE · ANICIAE
IVLIANAE · CF · CONIVGI
Q · CLODI · HERMOGENIANI
OLYBRII · V · C
CONSVLARIS · CAMPANIAE
PROCONSVLIS · AFRICAE
PRAEFECTI · VRBIS
PRAEF · PRAET · ILLYRICI
PRAEF · PRAET · ORIENTIS
CONSVLIS · ORDINARII
FL · CLODIVS · RVFVS · V.P
PATRONAE · PERPETVAE

Ego ipse hæc omnia vidi.

Romæ apud clariß. virum Achillem Maffeum
tabella ænea.

5 ΥΠΕΡ ΠΡΟΞΕ
ΕΡΓΕΣΙΑΣ
ΔΙΟΔΟΤΟΥ
ΚΑΙ ΤΟΙΣ ΕΓ
ΤΟΥ



ΝΙΑΣ ΚΑΙ ΕΥ
ΔΗΜΗΤΡΙΩΙ
ΣΥΡΑΚΟΣΙΩΙ
ΓΟΝΟΙΣ ΑΥ

ΕΠΙ ΙΕΡΟΘΥ ΤΟΥ ΙΚΕΤΑ ΙΚΕΤΟΥ ΑΡΧΟΝ
ΤΩΝ ΔΕ ΗΡΕΟΥ ΚΑΙ ΚΗΤΗΤΟΣ

ΕΔΟΞΕ ΤΗΙ ΣΥΓΚΛΗΤΩ ΚΑΙ ΤΩΙ ΔΗΜΩΙ
ΤΩΝ ΜΕΛΙΤΑΙΩΝ ΕΠΕΙΔΗ ΔΗΜΗ
ΤΡΙΟΣ ΔΙΟΔΟΤΟΥ ΣΥΡΑΚΟΣΙΟΣ ΔΙ
ΑΠΑΝΤΟΣ ΕΥΝΟΥΣ ΥΠΑΡΧΩΝ
ΤΟΙΣ ΔΕ ΔΗΜΟΣΙΟΙΣ ΗΜΩΝ ΠΡΑΓ
ΜΑΣΙΝ ΝΑΙ ΕΝΙ ΕΚΑΣΤΩΙ ΤΩΝ ΠΟΛΙ
ΤΩΝ ΠΑΡΑΙΤΙΟΣ ΑΓΑΘΟΥ ΠΟΛΛΑΚΙ
ΓΕΓΕΝΗΤΑΙ

ΑΓΑΘΗΙ ΤΥΧΗΙ ΔΕΔΟΧΘΑΙ ΔΗΜΗΤΡΙΟΝ
ΔΙΟΔΟΤΟΥ ΣΥΡΑΚΟΣΙΟΝ ΠΡΟΞΕ
ΝΟΝ ΕΙΝΑΙ ΚΑΙ ΕΥΕΡΓΕΤΗΝ ΤΟΥ ΔΗ
ΜΟΥ ΤΩΝ ΜΕΛΙΤΑΙΩΝ ΚΑΙ ΤΟΥΣ ΕΓ
ΓΟΝΟΥΣ ΑΥΤΟΥ ΑΡΕΤΗΣ ΕΝΕΚΕΝ
ΚΑΙ ΕΥΝΟΙΑΣ ΗΣ ΕΧΟΝ ΔΙΑΤΕΛΕΙΕΙΣ
ΤΟΝ ΗΜΕΤΕΡΟΝ ΔΗΜΟΝ ΤΗΝ ΔΕ
ΠΡΟΞΕΝΙΑΝ ΤΑΥΤΗΝ ΑΝΑΓΡΑΨΑΙ
ΕΙΣ ΧΑΛΚΟΜΑΤΑ ΔΥΟ ΚΑΙ ΤΟ ΕΝ ΔΟΥ
ΝΑΙ ΔΗΜΗΤΡΙΩΙ ΔΙΟΔΟΤΟΥ ΣΥΡΑ
ΚΟΣΙΩΙ

Ego ipse vidi & contrectaui.

Sic transtulit Benedictus
Hegius Spoletinus.

Hoſpitij ac bene-
ficentiæ cauſa Demetrio
Diodoti Syracuſano
& poſteris ſu-
is

Sub pontifice Iceta Icetæ & præto
ribus Hereo & Cotete.

Placuit Senatui & populo
Melitæorum quoniam Deme-
trius Diodoti Syracuſanus ſem-
per beneuolus exiſtens
& publicis noſtris nego-
cijs & ſingulis ciui-
bus auctor boni ſæpenumero
fuerit,

Bona fortuna cenſuiſſe Demetrium
Diodoti Syracuſanum hoſpi-
tem eſſe & beneficum popu-
li Melitæorum & poſte-
ros ſuos virtutis ergo,
ac beneuolentiæ quam habens pergit in
noſtrum populum, Hoc verò
hoſpitium inſcribere
in æreas tabellas duas, & vnam da-
re Demetrio Diodoti Syra-
cuſano.

Altera tabella ænea, apud eundem
Achillem Maffæum.

ΕΠΙ ΙΕΡΟΘΥΤΑ
ΝΥΜΦΟΔΩΡΟΥ ΤΟΥ ΦΙΛΩΝΟΣ
ΠΑΡΑΠΡΟΣΤΑ ΤΑΣ ΒΟΥΛΑΣ
ΠΡΟΕΔΡΕΥοΥΣΑΣ ΤΑΣ ΦΙΛΑΣ
ΤΩΝ ΥΜΕΩΝ ΠΡΟΑΓΟΡΟΥΝΤΟΣ
ΔΙΟΚΛΕΟΣ ΤΟΥ ΔΙΟΚΛΕΟΣ
ΓΡΑΜΜΑΤΕΥΟΝΤΟΣ ΑΔΡΑΝΙΩΝΟΣ ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΥ
ΑΛΙΑΣΜΑ ΕΚ ΤΑΣ ΔΙΜΗΝΟΥ ΚΑΡΝΕΙΟΥ ΕΞΗΚΟ[illegible]ΟΣ ΠΑΝΑΙ
ΥΠΕΡ ΠΡΟΞΕΝΙΑΣ ΔΗΜΗΤΡΙΩΙ ΔΙΟΔΟΤΟΥ ΣΥΡΑΚΟΣΙΩΙ

ΕΔΟΞΕ ΤΑΙΑΛΙΑΙ ΚΑΘΑ ΚΑΙ ΤΑΙ ΣΥΝΚΛΗΤΩΙ ΡΙ ΕΠΕΙΔΗ ΑΝΑΓ
ΓΕΛΛΟΝ ΟΙ ΠΡΕΣΒΕΕΣ ΟΙ ΕΣ ΡΩΜΑΝ ΠΟΡΕΥΘΕΝΤΕΣ ΠΑΣΙΩΝ
ΠΑΣΙΩΝΟΣΚΟΤΗΤΟΣ ΚΑΙ ΘΕΟΔΩΡΟΣ ΘΕΟΔΩΡΟΥ ΞΗΝΙΑΔΑ
ΔΗΜΗΤΡΙΟΝ ΔΙΟΔΟΤΟΥ ΣΥΡΑΚΟΣΙΟΝ ΠΟΛΛΑΣ ΚΑΙ ΜΕΓΑΛΑΣ ΧΡΕΙΑΣ
ΠΑΡΕΙΣ ΧΗΣΘΑΙ ΤΩΙ ΑΜΩΙΔΑΜΩΙ ΚΑΙ ΜΕΓΑΛΩΝ ΑΓΑΘΩΝ ΠΑΡΑΠΙΟΣ
ΓΕΓΟΝΕΙΝ ΤΟΙΣ ΔΕ ΑΚΡΑΓΑΝΤΙΝΟΙΣ ΠΑΤΡΙοΝ ΕΣΤΙ ΚΑΙ ΕΚ ΠΡΟΓΟΝΩΝ
ΠΑΡΑ ΔΕΔΟΜΕΝΟΝ ΤΙΜΕΙΝ ΤοΥΣ ΑΓΑΘοΥΣ ΑΝΔΡΑΣ ΚΑΙ ΠΡοΙΣΤΑΜΕ
ΝΟΥΣ ΤΟΥ ΑΜΟΥ ΔΑΜΟΥ ΤΑΙΣ ΚΑΤΑΞΙΟΙΣ ΤΙΜΑΙΣ

ΔΕΔΟΧΘΑΙ ΕΠΙ ΑΓΑΘΑΙ ΤΥΧΑΙ ΚΑΙ ΣΩΤΗΡΙΑΙ ΤοΥ ΔΑΜΟΥ ΤΩΝ ΑΚΡΑΓΑΝΤΙΝΩΝ
ΕΙΜΕΙΝ ΠΡΟΞΕΝΟΝ ΚΑΙ ΕΥΕΡΓΕΤΑΝ ΔΗΜΗΤΡΙΟΝ ΔΙΟΔΟΤΟΥ ΣΥΡΑΚΟΣΙ
ΟΝ ΟΠΩΣ ΠΑΣΙ ΦΑΝΕΡΟΝ Η ΟΤΙ Ο ΔΑΜΟΣ ΤΩΝ ΑΚΡΑΓΑΝΤΙΝΩΝ ΕΠΙ
ΣΤΑΤΑΙ ΧΑΡΙΤΑΣ ΑΠΟΜΕΝΕΙΝ ΚΑΤΑΞΙΑΣ ΤΟΙΣ ΕΥΕΡΓΕΤΕΙΝ ΠΡΟΑΙ
ΡΟΥΜΕΝΟΙΣ ΑΥΤΟΝ ΤΟ ΔΕ ΔΟΓΜΑ ΤΟ ΔΕ ΚΟΛΑΨΑΝΤΑΣ ΕΣ ΧΑΛΚΩ
ΜΑΤΑ ΔΥΟ ΤΟ ΜΕΝ ΕΝ ΑΝΑΘΕΜΕΙΝ ΕΙΣ ΤΟ ΒΟΥΛΕΥΤΗΡΙΟΝ ΤΟ ΔΕ
ΑΛΛΟ ΑΠΟΔΟΜΕΙΝ ΔΗΜΗΤΡΙΩΙ ΔΙΟΔΟΤΟΥ ΣΥΡΑΚΟΣΙΩΙ ΥΠΟ
ΜΝΑΜΑΤΑΣ ΠΟΤΙ ΤΟΝ ΔΑΜΟΝ ΕΥΝΟΙΑΣ ΤΟΥΣ ΔΕ ΓΑΜΙΑΣ
ΕΞΟΔΙΑ ΑΙ ΕΣ ΤΑ ΠΡΟΓΕΓΡΑΜΜΕΝΑ ΟΣΟΝ ΚΑΧΡΕΙΑ Η ΚΑΙ ΦΕ
ΡΕΙΝ ΤΑΝ ΕΞΟΔΟΝ ΔΙΑ ΤΩΝ ΑΠΟΛΟΓΩΝ
ΟΜΟΓΝΩΜΟΝΕΣ ΤΟΥ ΣΥΝΕΔΡΙΟΥ ΠΑΝΤΕΣ

Ego ipse vidi & contrectaui.

Huius tabellæ interpretationem, versa pagina, reperies.

Præcedentem tabellam hoc modo vertit
Bened. Hegius Spoletinus.

Nymphodoro Philonis F. pontifice max.
cùm Senatus adesset,
Hylleorum tribus præesset,
Diocle Dioclis F. prætore,
Adranione Alexandri F. scriba,
Decretum die sexto vetere bimestris Apollonij abeuntis
ob hospitium Demetrio Diodoti F. Syracusano publicè factum.

Placuit populo Senatuique, cum Pasion Pasionis, F. Cotetis, N.
& Theodorus Theodori F. Xeniadæ N. legati Romam profecti
Demetrium Diodoti F. Syracusanum multo ac magno vsui
populo nostro fuisse, magnorumque commodorum auctorem extitisse
retulerint; cumque Agrigentinis patrium sit, atque à maiorib. traditum,
bonis viris, populique nostri patronis, honores habere dignos;

Quod felix faustumque ac salutare sit, Demetrium Diodoti F.
Syracusanum, populo Agrigentino publicè hospitem ac beneficum
esse decerni; quò omnibus clarum sit, populum Agrigentinum
scire ijs, qui ipsum beneficijs prosequi studuerint, gratias
dignas referre. Hoc autem decreto in duas tabulas æneas
inciso, alteram in hac curia ponere; alteram verò erga
populum beneuolentiæ monumentum Demetrio Diodoti F. Syracusano
dare. Quæstores verò quæ antè scripta sunt, ac quæcunque
tandem opus fuerit sumptum facere, sumptumque in rationes
referre.

Eiusdem sententiæ fuere omnes, qui erant in concilio.

Sutri, in Hetruria ſeu Tuſcia.

Sutri in Hetruria 14.° *ab vrbe Roma mil. in ſummo templo: in baſi ſtatuæ.*

1

C. LEPIDIO. C. F. PAP
VICTORI
II. VIRO. IVRE.DIC. CVR
PEC. PVBL. ET. OPERVM. PV
BLICORVM. QVIBVS. EX. FIDE
REFECTIS. OB. MERITA. EIVS
DECVRIONES. ET. AVGVST
ET. POPVLVS
STATVAM. PONENDAM
EX. AERE. CONLATO. DECRE
VERVNT. QVI. HONORE
CONTENTVS. EX. SVO. POSVIT
ET. CONLATIONEM. REDDIDIT

In hortulo ſummi templi, *in ara ſepulchrali, marmorea.*

2

T. VALERIO. T. F
VEL. VICTORI
DECVRIONI. SVTRI
II. VIR. I. D. ITERVM
QVINQVENNALI
CVRATORI. PECVNIAE
PVBLICAE. PONTIFICI
PATVLCIA. EXOCHE
CONIVNX
FECIT

Ibidem.
In S^tæ Fortunatæ templo.

3

D. M
RELIQVIAE
CORPORIS. M
TARQVINI. CRISPI
FRONTONIS. C.L
TRIVMVIRI. CAP.

Ibidem.
In baſi marmorea.

4

M. ANTEIO
M. F. PAP. RESTI
TVTO. PR. IVV
AEDILI. AVGVR
CVR. P. P. DECVR
AVGVST. ET. POP.
AERE. CONLATO

Nepete ſeu Nepeſi, *in Faliſcis Hetruriæ pop.*

In porticu ſummi templi, tabula marmorea.

5

Q. VETVRIVS. Q. F. POM. PEXSVS
LVPERCVS. FABIANVS. EX. COLLEGIO
VIRTVTIS. TRIB. MIL. II. PRAEFECTVS
FABRVM

FIDVSTIA. L. F — MATER
RAECIA. M. F — SOROR
ARBITRATV. AGRILIAE. L. F. MATERTERAE
EX. TESTAMENTO. HS. ꟷ ꟷ

In ipſo templo in vrna cineraria.

6

HERENNIAE. C. F. IVSTAE
M. APISTIVS. M. F. PAL. SABINVS. DVVMVIR
VEIOS. IIII. VIR. NEPETE
VXXORI. SANCTISSIMAE
ſic ET. PIENTISSIME. ET
DE. SE. OPTIME. MERITAE
TESTAMENTO. FIERI
IVSSIT


In Faliſcorum monte Soracte, *in templo S^ti Oreſtis, in Tiburtino rudi, litera corroſa.*


7

V. M. SELICI. CLE
MENTIS. SEVIRI
MVNCIPIO. CA
PENAT. ARAM
POSVERVNT. PII
LIBERTI

Præter vltimum, quod à Pighio accepi, ego ipſe omnia è marmorib. deſcripſi.


In ciuitate Castellana, Faliscorum *oppido, è Faleriarum ruinis ædificato.*






Ocriculi, *in Vmbria, statuarum bases.*

In vico prope summum templum.



Nel Burgo Ocriculi.




Hæc omnia egomet vidi ac descripsi.

Interamnæ *Nahartium, vulgo* Terni, *in Vmbria.*

In foro, ad officinam aromatariam, basis marmorea.

1


A. POMPEIO. A. F
CLV. Q. PATRONO
MVNICIPI. INTERAMNAT
NAHARTIS. QVOD. EIVS
OPERA. VNIVERSVM
MVNICIPIVM. EX. SVMMIS
PEREICVLEIS. ET. DIFFI
CVLTATIBVS. EXPEDITVM
ET. CONSERVATVM. EST
TESTAMENTO. L. LICINI. T. F
STATVA. STATVTA. EST

Ad summum templum. in basi marm.


2

T. FLAVIO. T. F. CLV. ISIDORO Ø EQ
ROM. PATRI. DVORVM. EQ. PVB
OMNIBVS. HONORIBVS. HONESTE
FVNCTO. QVINQ. II. AVGVRI
SACER. PONT. PRAEF. SACROR
PATRONO. MVNICIPI. INTE
RAMNAT. NART. CASVENTI
NORVM. VINDENATIVM
V. B. ET. QVIDQVID. IN. EGRE
GIVM. HOMINEM. LAVDIS
DICI. POTEST. IN. HOC. SIT
BENEFICIO. NATVRAE
CONLATVM. POSSESSORES
INQVILINI. NEGOCIANTES
VIAE. STRATAE. CVLTORES
HERCVLIS. RARISSIMO
L. D. D. D

Asisij, *Vmbrorum oppido,* Seraphico Francisco *percelebri.*


In foro.

3


Q. VIBIO
MODESTO
VI. VIR. AVG
CN. RVFIVS. IN
SEQVENS. BENE
MERENTI


In domo medici ciuitatis: tab. marm. fragm.

4


P. DECIMIVS. P. L. EROS
MERVLA. MEDICVS
CLINICVS. CHIRVRGVS
OCVLARIVS. VI. VIR
HIC. PRO. LIBERTATE. DEDIT. HS. ↁ
HIC. PRO. SEVIRATV. IN. REM. P
DEDIT. HS ∞ ∞
HIC. IN. STATVAS. PONENDAS. IN
AEDEM. HERCVLIS. DEDIT. HS ↆↆↆ
HIC. IN. VIAS. STERNENDAS. IN
PVBLICVM. DEDIT. HS ↆↆↆ ↁ∞∞
HIC. PRIDIE. QVAM. MORTVVS. EST
RELIQVIT. PATRIMONI
HS ∞ ↆↆ

In Sancti Pauli templo: tab. marm.

5


DIS. MANIBVS
SACRVM
T. VOLCASIO. CINNAMO
VI. VIR. AVG
VETTIAE. SATVRNINAE
VOLCASIA. T. F. SATVRNINA. PARENTIBVS

In Sacello Sancti Nicolai.

6

C. RASINIO. C. F. SER
TETTIANO
PRAEF. FABRVM. IIII
PRAEF. COH. PRAETOR
PATRONO. MVNICIPI

Et hæc item omnia vidi.

Ibidem, *Asisij scilicet, ad vineam Capitanei Francisci Asisinatis.*

7
D ∅ M
C. SCAEFIO
C. F. SVLPICIANO
PATRON. MV
NICIPI. ET COLLE
III. IIII. VIR ∅ D ∅ Q Q
Q. II. ADVOC. REIP
SETORIA. OLYMPIAS
CONIVGI. INCOM
PARABILI. B. M

aliâs & in alio ex.ri I. D.

hic videtur deesse. I. *vt sit.* IIIIVIR. I. D. *hoc quartumuir Iuridicundo.*

8
L. VELIO. CERIALI
VI. VIR
MARIA. OPTATA
CONIVGI

Ibidem


9
C. ALBVRIVS
CAPELLA. VI. VIR
HELENA. NYMPHE

aliâs S.

Castigliani, *Tudertium vico, in basi marm.*

10
L. IVLIO. L. F
CLV. MARCIANO
AED. II. VIR. TVDER
VICANI. VICI. MARTIS
TVDERT. EX. AERE. COLL
OB. MERITA. EIVS. L. D. D. D
CVRAM. AGENTIBVS
L. IVLIO. PRIVAT. PATRE
ET. L. IVLIO. PRIMINO. AMICO

Spoleti, *in Vmbria.*

11


Ibidem *fragmentum.*

12
INARIO. SEX. F. CLV
II. VIR. I. D
RAEF. SACR. TR. MIL

Tiferni, in Flaminia, *quod opp.* Ciuitatem Castellæ *nunc vocant.*

In platea Vitelliorum, in ara sepulchrali elegantissima.

13
A. ACILIO. C. F. PAL
POLITICIANO.
EQVO. PVB. AED
Q. IIII. VIR. I. D. IIII VIR
Q. Q. PATRON. MVNIC.
DEC. VI. VIR. PLEBS
VRB. OB. MERITA
EIVS. L. D. D. D

In foro, fragmentum.

14
SIBI. ET. FIL. SVO. IV
IT. EX. HS. LX. N. PONI. IVSSIT
ET. OB. DEDICATIONEM. EARVM
DEC. XV. VI. VIR. XIII. PLEB. XII
DARI. IVSSIT. ITEM. RELIQVT
AD. BALINEI. FABRICA. REI. P
TIF. TIB. HS. CL. N. QVAE. EX. SEN
TENTIA. AEMILI. FRONTONIS
CL. VIR. POSTEA. DEINDE. ARRI
ANTONINI. CL. VIR. REIP. TIF. TIB
AB. CIPELLIS. PROFVTVRO. ET. PI
CENTINO. HER. ET. AB. ARVNTIA
AMPIANA. HER. ARVNTI. CRANIA
NI. NVMERATA. SVNT. HER. POSVER
L. D. D. D

Ego ipse hæc omnia vidi, atque ex ipsis marmorib. descripsi.

Foro Iuli, *in porta.*

1
T. VETTIDIVS
T. F. SCAPT
VALENS
IIII. VIR. IVR. DIC
QVINQ. PONT
SIBI. ET
T. VETTIDIO
POTENTI. FIL.
EQVO. PVBLICO
ANNOR. XX. M. IIII. D. V
T. F. I

Patauij.
In domo Alexandri Bassani.

2
M. ARRVNTIO
M. F. TER. AQVILAE
III. VIRO. A. A. A. F. F.
QVAEST. CAESARIS
TRIB. PL. PR. COS
XV. VIRO. SACR. FAC
FILIO

3
P. FLAVIVS. A. F. ROM
STABILIS
ADLECTVS. DECVR.

Ibidem.

4
T. MVSTIO. C. F. FAB. HOSTILIO
FABRICIO. MEDVLLAE. AVGVRINO
ALLECTO. INTER. TRIBVNICIOS. AB
IMP. NERVA. CAESARE. AVGVST. PRAET
...VR. AER. PONTIF
D

Ibidem.

5
L. ARRIVS. T. F
SEX. VIR
OPITERGI
SIBI. ET. SVIS
T. F. I

Brixiæ. *Dionysius Harduynus ipse vidit & exscripsit.*

6
P. CLODIO. P. F
FAB. SVRAE
Q. FLAMINI. DIVI
TRAIANI. PONTIF
II. VIR. QVINQ. TRIB. LEG
II. ADIVTRIC. PIAE. FID
CVRAT. REIP. BERGOM.
DAT. AB. IMP. TRAIANO *aliàs* ORVM.
CVRAT. REIPVB. COMENS
DAT. AB. IMP. HARDRIANO *aliàs* COLLEG.
COLLEGIA
FABROR. ET. CENT *aliàs* FAB.

Parmæ *in Liguria. fragmentum.*

7
PRAEF. LEG. XX. VALEN.
VICTR. PRIMIP. LEG *aliàs* O.
X. GEM. PIAE. FIDEL
CENT. LEGION. III. SCY *aliàs* IIII.
THICAE. XI. CLAVD. XIIII. GEM
VII. GEM.
* * * *Hic versus vnus omissus* PATR. COL. IVL. AVG. PAR
PATR. MVNICIPIORVM. FORODRVENT. ET. FORO
NOVANTR. PATR. COLLEGIOR. FABR. ET. CENT
ET. DENDROPHOR. PARMENS. COL. CENT. MERENTI
EXERCITORES. RATIVM. VLPIAN.

Saſſinæ, *in Flaminia. Ad summum templum.*

8
SEX ∅ TETTIO
SEX. F. PVP
MONTANO
CAESIO. SABINO
EQVO. PVBLICO
AED. PONTIFICI
FLAMINI. TRAIANAL
PATRONO. MVNIC
PLEBS. VRBAN
H ∅ R ∅ I ∅ R

9
L. APPAEO. L. F
PVP
PVDENTI. P. P
TRIB. COH. XII
VRB. ET. X. PRAET
FLAMINI. FLAV
PATRO

Hæc tria egomet vidi ac descripsi
Superiora autem ab alijs accepi.

10
D . M
SEX. TETTI. SEX. L
HERME
VI. VIRI. PATR
COLLEG. CENT
MVN. SASS
TORASIA. C. F
SABINA
CONIVGI. INCOM
PARABL. ET. SIBI
HAVE. HERME. HOMO. BONE

Foro Sempronij, *valgò Fossambrone, in Piceno, seu Marchia Anconitana.*

In porticu summi templi. in basi quadr. *Dionysius Harduinus utrunq; vidit & exscripsit.* *In sinistro latere eiusdem baseos.*

11 C. HEDIO. C. F. CLVST. VERO
EQVO. PVBL. PRAEF. EQVIT. ALAE
INDIANAE. P. F. TRIB. MILIT. LEG. II
TRAIAN. F. PRAEF. COH. II. LING. EQ.
II. VIR. II. VIR. QVINQ. QVAESTORI
PATRONO. MVNICIPI. FLAMIN
ITEM. *PITINO. MERGENTE *aliâs* PICENO
IIII. VIR. QVINQ. IIII. VIR. AEDILI
PATRONO. MVNICIPI. PONTIFICI
QVOD. CVM. ANTEA. STATVA. EI. NOMINE
PVBLICO. OB. MERITA. EIVS. DECRETA
ESSET. ET. IS. HONORE. CONTENTVS
SVMPTIBVS. PVBLICIS. PEPERCISSET
DECVRIONES. EX. SVO. POSVERVNT
QVIB. OB. DEDICATIONEM
VERVS. SINGVLIS. HS. LXX. N
SPORTVLAS. DEDIT

II. VIRI. ET. DECVRIONES. FOROSEMPRONIENS. VERO. SALVTEM
ET. DIGNITATIS. TVAE. TOT. TANTIQVE. TITVLI. IVDICIIS
PRINCIPALIBVS. PVLCHRI. ET. IN. REMPVBLICAM. N·
NOTABILIS. MVNIFICENTIA. ET. ADFECTVS. QVOS. CIVI
BVS. NOSTRIS. NVNC. IPSE. PRAESTAS. NVNC. AB. EIS. PER
CIPIS. ET. PRAECIPVE. MORVM. TVORVM. MODESTIA
SINGVLARIS. REVERENTIA. INSIGNIS. NECESSARIO
NOS. COMPVLIT. VT. TANDEM. PAREM. TIBI. GRATI
AM. INQVANTVM. POTEST. DVM. IGNORAS. REFERA
MVS. NAM. STATVAM. TIBI. PEDESTREM. DE. NOSTRO
PONENDAM. IAM. PRIDEM. DECREVIMVS. SED. IDCIRCO
DECRETVM. AD. TE. NON. MISIMVS. NE. NVNC. QVOQVE
SICVT. ANTEA. CVM. PVBLICE. TIBI. STATVA. DECRETA
EST. FECISTI. HONORE. TANTVMMODO. TE. CONTEN
TVM. ESSE. RESCRIBERES. QVAE. RES. TVAM. QVIDEM
MODESTIAM. INLVSTRARET. NOBIS. VERO. VELVT
SEGNITIAM. EXPROBRARET. IGITVR. STATVA
DECRETA. NEQVID. NEGARE. POSSIS. IAM. COMPARATA
ADVEHITVR. QVOD. SVPEREST. VOLVNTATI. NOSTRAE
CONSVLE. ET. QVALEM. INSCRIPTIONEM. DANDAM
PVTAS. PETENTIBVS. FACITO. NOTVM. OPTAMVS. TE
BENE. VALERE

Ibidem, *in altari maiori summi templi: tab. marm. longa pedes ix. lata ped. iiij. crassa digitos iiij. litera elegantiss.*

12 MARIAE. T. F
CASTAE
MAESI. RVFI

MAESIAE. L. F
DOMITILLAE


L. MAESIO. L. F. POL
RVFO. PROC. AVG
TRIB. MIL. LEG. XV
APOLLINARIS. TRIB
COH. MIL. ITALIC. VOLVNT
QVAE. EST. IN. SYRIA. PRAEF
FABRVM. BIS

MVNICIPES. ET. INCOLAE. OB. MERITA. EIVS. QVOD. ANNONA. KARA. FRVMENT
DENARIO. MODIVM. PRAESTITIT. EARVMQVE. DEDICAT. RVFVS. EPVLVM. DEDIT
DECVRIONIB. SING. HS. XXX. SEX. VIRIS. ET. AVGVSTALIB. SING. HS. XII. PLEBI. SING. HS. IIII

Hae duo primùm à Ioh. Metello habui, posteaq; à Steph. Vinando Pighio recepi.

Galeatæ *in Romandiola*

1



Perusiæ, *in æde diui Angeli, in basi.*

2 C. VIBIO. C. F. L. N̄. TRO
GALLO. PROCVLEIANO
PATRONO. PERVSINORVM
PATRONO. ET. CVRATORI. R. P. VET
TONENSIVM. IVDICI. DE. V. DEC. AEDI
LI. PATRONO. COLLEGI. CENTON.
VIBIVS. VELDVMNIANVS
AVO. KARISSIMO. OB. CVIVS
DEDICATIONEM. DEDIT
DECVRIONIB. -X- . II. PLEBI. -X- . I
L. D. D. D

In latere.

DEDIC. IDIB. IVL.
IMP. M. AVRELIO. ANTONINO. AVG. PIO. FEL. II
Alter versus sub terra latet, aut erasus est.

Fulinguæ *in Vmbria.*

In horto Eusebij heremitæ, pulchris litteris, in marm. Pario.

3 CN. DOMITIO. SEX. F. VEL
AFRO. TITIO. MARCELLO
CVRINO. LVCANO
COS. PROCOS. PROVINCIAE. AFRICAE
LEGATO. EIVSDEM. PROVINCIAE. TVLI
FRATRIS. SVI. SEPTEMVIRO. EPVLONVM
PRAETORIO. LEGATO. PROVINCIAE. AFR.
IMP. CAESAR. AVG. PRAEF. AVXILIORVM. OMNIVM
ADVERSVS. GERMANOS. DONATO. AB
IMP. VESPASIANO. AVG. ET. T. CAESAR. AVG. F. CORONIS
MVRALI. VALLARI. AVREIS. HASTIS. PVRIS. III
VEXILLIS. II. ADLECTO. INTER. PATRICIOS. PRAETORI
TR. PL. QVAEST. PRO PRAETORE. PROVINCIAE. AFRIC.
TRIB. MIL. LEG. V. ALAVD. IIII. VIR. VIARVM. CVRAND. PATRONO
OPTIMO
D. D

Primum ipsemet vidi: reliqua verò ab alijs accepi.

E regione eiusdem horti, litteris deterioribus.

4 P. AELIO. P. F. PAPIR
MARCELLO. CENT
FRVM. SVB. PRINCIPE
PEREGRINORVM. ADSTATO
ET. PRINCIPI. ET. PRIMIPILO
LEG. VII. GEM. PIAE. FEL. ADLEC
TO. AD. MVNERA. PRAEFF
LEGG. VII. CLAV. ET. PRIMAE
ADIVTRICIS. V. E. FLAMINI
LVCVLARI. LAVREN. LAVINA
PATRONO. ET. DECVRIONI. CO
LONIAE. APVLESIVM. PATRONO
aliàs S CIVITAT. FORO. FLA. FVLGINIA
ITEMQVE. IGVVINORVM. SPLEN
DIDISSIMVS. ORDO. FORO. FLAMI.
CVIVS. DEDICAT. DECVRIONIBVS
ET. LIBERIS. EORVM. PANEM
ET. VINVM -HS- XX. N. ITEM
MVNICIPIBVS -HS-. IIII. N. DEDIT

Ibidem, *ad templum Sancti Francisci fragmentum.*

5 TR. MILIT. PRAEF
FABR. QVINQ. ITE
PONTIF

Pisauri, *in littore Hadriatico.*

In horto Ducis Vrbini in basi statuæ, sex pedibus altæ.

6 C. LVXILLIO. C. F. POMPT
SABINO. EGNATIO
PROCVLO. CN. CVR. RER
PVBLICAR. PISAVR. ET. FANEST
LEG. LEG. X. GEM. GORDIAN.
IVR. REG. TRANSPAD. CVR
VIAR. ET. PRAEF. ALIMENT.
CLODIAE. ET. COHERENT.
LEG. PROV. ACHAIAE. PRAET
AEDIL. CERIALI. QVAEST.
PR. PR. PROV. CRETAE. CVR
TRIB. LATICL. LEG. IIII. FLAV
PATRONO. COLONIARVM
PISAVR. ET. FANEST

Ibidem.

7 M. NAEVIO
M. F. PAL. IVSTO
AEDIL. CVR
COLL. FABR. OB
MERITA
M. NAEVII. CERASI
PATRIS
L. D. D. D.

Ibidem *in horto proximo, in vestimentis statua cuius pes integer superest.*

8 ΜΕΝΕϹΘΕΥϹ
ΜΕΝΕΘΕωϹ
ΑΦΡΟΔΙϹΙΕΥϹ
ΕΠΟΙΕΙ

Pisauri *ex libello Illustration. Epitaphior. & metallicor. Gabrielis Simeonij Florentini.*


M. NAEVIO. M. F. PAL
MAGNO. AVGVRI
COLLEG. FABR. PATRONO
OB. MERITA. NAEVI. CERASI
IN. QVORVM. HONORE. IDEM
CERASVS. HS. N. XX [illegible]
CVIVS. DEDICATIONE. SPORTAS
DEDIT. L. D. D. D

Fani Fortunæ, *in littore Hadriatico*

In porticu summi templi, ara marm. elegantiss. in cuius tympano sphynges medium ignem custodiunt.

9 C. TONNIO
CINNAMO
VI. VIR. RAVENAT
C. TONNIO
SEVERO. F
HERMES. LIB. F

In ambitu monasterij Augustinensium, tab. marm.


10

Q. GOLIVS. Q. L. NICOMEDES
MEDICVS. OCVLARIVS. SEX. VIR
COL. IVL. FANESTRIS
GOLIA. Q. L. SALVIA. VXSOR
Q. GOLIVS. Q. F. POL. FANESTER. FILIVS
VELIA. Q. L. PRISCA. VXSOR
EX. TESTAMENTO. FANESTRIS. FILI

Ibidem *prope monasterium quoddam.*


11 N. HEIO. N. F. CA[illegible]
SEX. VIRO
PAQVIA. D. F. VXOR

Sunt supernè sphynges

Ibidem *altera tabella marm.*

12

L. TITVLENVS. L. L
TERTIVS. ORIVNDVS
COLONIA. IVLIA. FANO
FORTVNAE. SEX. VIR
L. TITVLENVS. TITVLENI. LIB
VRSIO. ANNORVM. XII

Senogalliæ, *ad littus Hadriaticum. In pariete domus priuatæ, tabella lapidea.*

13

L. PVPIO. BVCCION
MATERIARIO
SEX. VIRO
AMPIA. P. F. PAVLA
VXSOR. V

Nonum, decimum, duodecimum & decimumtertium ipse vidi, reliqua à Petro Wastelio olim accepi.

Vrbini *in Piceno.*

Pro foribus summi templi. in basi.

[1] C. VESIDIENO. CN
BASSO. AED
IIII. VIR. IVR. DIC
IIII. VIR. QVINQ
PVBLICE
D . D
QVOD. AQVAM. NOVAM
CONQVIRENDAM. ET
IN. MVNICIP. PERDVCEND
ET. NYMPHAEVM. FACIEND
PEC. PVB. C

Ante Episcopatum. in basi.

[2] ANNEIAE
FIRMILLAE
FREMEDIAE. C. F
SVLPICILLAE
PLEBS. VRB. ET
HONORE. VSI
LOCVS. PLEBI. DAT. DEC. DEC

In aedibus Episcopi. litera optima & antiquissima.

[3] C. CLODIENO
C. FIL. STEL. SERENO
VESITIO. DEXTRO. E
QVIT. ROMAN. PATRON
MVNICIPI. ET. PLEBIS
OMNIBVS. HONORIB.
PERFVNCT. PONTIF.
PLEBS. VRBANA. ET. HO
NORE. VSI. CVIVS. DE
DICATIONE. DECVRIO
NIBVS. SPORTVLAS. ET
MVNICIPIBVS. EPVLAS
DIVISIT. LOCVS. PLEBEI
DATVS. DECRET. DECVR.


Ibidem

[4] Q. STATIO. L. F.
STEL. VERO
AEDIL. IIII. VIR
I. D. PLEBS. VRB
ET. HON. VSI

Ibidem, *in area Trinitatis, in pyramide parua rotundáque.*

[5] L. SEIVS. C. F
STE. MENSOR
PONTIFEX

Ibidem, *in domo Gaddi basis hac forma*



Anconae, *retrò Palatium Legati prouinciae: in basi.*

[7] PETRONIAE
SABINAE
FILIAE
L. PETRONI. SABINI
P. P. BIS
PROCVRATOR. AVGG.
RATIONIS. HEREDITATIVM
ITEM. PROVINCIAE
NARBONENSIS
PATRON. COLONIAE
DECVRIONES

Hoc egomet vidi: reliqua ab aliis accepi.

Auximi *in Piceno* (Osmam *nunc vocant*) *decimo ab Ancona miliari.*

[8] L. AVRELIO
MARCIANO. AVG
LIB. EXCEPTORI
AVXIMATES
D. D
MARCVS. AVG. LIB
PROC. PATER
H. A. I. REMISIT
CVIVS.DEDICATIONE.DE
CVRIONIBVS. X.III.COLONIS. X. EI
DIVISIT

[9] T. SALENO. T. F. VEL
SEDATO. VETERANO
AVGG. ACCEPT. ONESTA (sic)
MISSION.EX.COHO.XIII.VRBA
PR. Q. Q. QVAESTORI. REIP. AVXIMAT.
PATRONO. COLLEG. CENTONARIOR.
MASVETA. LIB. PATRONO. OPTIMO
CVIVS. DEDICATIONE. DECVRIONIBVS
SING. VIII. N. ET. COLONIS
SING. IIII. N. DEDIT
L. D. D. D

Ibidem

[10] C. OPPIO. C. F. VEL
BASSO. P. C
PR. AVXIM. ͻ. LEG
IIII. FL. FEL. EVOC. AVG
AB. ACTIS. FORI. B. PR. PR
SIGNIF. OPTION. TESSE
COH. II. PR. MIL. COH. XIIII
ET. XIII. VRBANARVM
COLL. CENT. AVXIM.
PATR. OB. MERITA. EIVS
L. D. D. D

Ex latere.
POSITA. VI. I. IVL
L. AELIO. CAESARE. II
P. COELIO. BALBINO. COS.

Ibidem.

[11] C. OPPIO. C. F. VEL
BASSO. P. P. P. C
PR. I. D. AVX. ͻ. LEG. IIII
FL. FEL. ET. LEG. II. TR. FOR
EVOC. AVG. AB. ACT. FORI
B. PR. PR. MIL. COH. II. PR
ET. COH. XIII. ET. XIIII. VRB.
OMNIBVS. OFFICIIS
IN. CALIGA. FVNCTO
CENTVRIONES. LEG. II
TRAIANAE. FORTIS
OPTIMO. ET. DIGNISSIMO
IN. CVIVS. DED. CENAM. (sic) COL. DEDIT
L. D. D. D

Ibidem.

[12] L. PRAESENTIO. L. FIL
LEM. PAETO
L. ATTIO. SEVERO
PRAEF. COH. I. AFR.
C. R. EQ. IVDICI. SELECTO. EX
V. DEC. PR. AVXIMI. PAT. COL
AEDILI. II. VIR. ANCONAE
VIBIA. L. F. MARCELLA
FLAMINA. (sic) AVGVST
MARITO. OMNIBVS. EXEM
PLIS. DE. SE. BENE. MERITO
ET. IN. DEDIC. STATVAE
CENAM. COLON. ET. EPVL. POP. DED
L. D. D. D

Ibidem.

[13] C. OPPIO. C. F. VEL
SABINO. IVLIO. NEPOTI
M. VIBIO. SOLEMNI. SEVERO
COS
ADLECTO. A SACRATISSIMO. IMP
HADRIANO. AVG
INTER. TRIBVNICIOS. PR. PEREGR
CANDIDATO. AVG
LEG. PROV. BAETICAE. CVR. VIAR
CLODIAE. ANNIAE. CASSIAE
CIMINAE. TRIVM. TRAIANARVM
ET. AMERINAE. LEG. LEG. XI
CL. P. F. LEG. AVG. PR. PR
PROVINC. LVSITANIAE
PROCONS. PROV. BAETICAE
PATRONO. COL
LEONAS. LIB
ADCENSVS. PATRONI
ET. IN. DEDIC. STATVAE
COLONIS. CENAM. DEDIT

Haec omnia, vt & quatuor sequentia, à Pighio & ab alijs accepi.

Auximi *in Piceno, x°. ab Ancona miliari.*

[1] M. OPPIO. CAPITONI
Q. TAMVDIO. Q. F. T. N
T. PRON. VEL. ANINIO. SEVERO
EQVO. PVBL. IVDICI. SELECT
EX. V. DECVR. TRIB. LEG. VIII
AVG. PRAEF. FABR. PATRONO
COL. AVXIM. ET. COL. AESIS
ET. MVNIC. NVMANAT.
ORDO. ET. PLEBS. TREIENS
PATRONO. MVNICIPI
CVRATORI. DATO. AB
IMP. ANTONINO. AVG.
L. D. D. D

Ibidem fragm.

IIVIR. IN. COL
AVXIM. BIS

[2] M. OPPIO. CAPITONI
Q. TAMVDIO. Q. FIL
T. N. T. PR. N. VEL. MILASIO
ANINIO. SEVERO
EQVO. PVBL. IVDICI. SELECT
EX. V. DECVR. PRAEF. FABR. PONT
Q. Q. II. Q. IIII. P. C. ET. P. C. AESIS
ET. MVNIC. NVMANAT. IDEM
QVINQ.
COLONI. OB. MERITA. EIVS
IN. CVIVS. DEDIC. CENAM. COL. DED *sic*
L. D. D. D

Ibidem.

[3] Q. PLOTIO. MAXIMO
COLLIN
TREBELLIO. PELIDIANO
EQ. PVB
TRIB. LEG. II. TRAIAN. FORT
TRIB. COH. XXXII. VOLVNT
TRIB. LEG. VI. VICTRIC
PROC. AVG
PROMAGIST. XX. HERED
PRAEF. VEHICVLOR
QQ. PATR. COL. ET. SVO. PONT
COLL. FABR. AVXIM. OB
EXIMIVM. INTER. MVNICIP
SVOS. AMOREM.
L. D. D. D

Ibidem.

[4] Q. PLOTIO. MAXIMO
COL. TREBELLIO. PELI
DIANO. EQVO. P
TRIB. LEG. II. TRAIAN. FORT
TRIB. COH. XXXII. VOLVNT
TRIB. LEG. VI. VICTRICIS
PROC. AVG. PROMAGISTRO
XX. HEREDITATIVM
PRAEF. VEHICVLOR
QQ. P. C. ET. SVO. PONT
COLLEG. CENT. AVXIMAT
OB. EXIMIVM. IN. MVNI
CIPES. SVOS. AMOREM
L. D. D. D

Tibure xvj°. ab vrbe Roma miliari.

In æde Sᵗᵃ Mariæ, in basi.

5 Q. HORTENSIO
Q. F. COL.
FAVSTINO
ADVOCATO. FIS
CI. PRAEF. FABR
PATRONO. MVNICIPI
COLLEGIVM. FABRVM
TIBVRTIVM. OB
MERITA
L. D. S. C

In latere.

CVRANTIBVS
M. HELVIO. EXSPECTATO
C. ALLIANO. TIBVRTINO
DEDIC
III. ID. MAI. MAXIMO. ET
ORFITO. COS

In æde diui Pauli, in basi.

6 C. POPILIO. C. F. QVIR. CARO
CEDONI. COS. VII. VIR. EPVLON
SODALI. HADRIANALI. LEGATO
IMP. CAES. ANTONINI. AVG.
PII. PROPR. GERMANIAE. SVPER. ET. EXER
CITVS. IN. EA. TENDENTIS. CVRATOR.
OPER. PVBLICOR. PRAEF. AERAR. SATVR.
CVRATORI. VIAR. AVRELIAE. VETERIS. ET
NOVAE. CORNELIAE. ET. TRIVMPHALIS
LEGATO. LEGIONIS. X. FRETENSIS
A CVIVS. CVRA. SE. EXCVSAVIT. PRAETORI
TRIBVNO. PLEBIS. Q. DIVI. HADRIANI. AVG.
IN. OMNIBVS. HONORIBVS. CANDIDATO
IMPERATOR. TR. LATICLAVIO. LEG. III
CYRENAICAE. DONATO. DONIS. MILI
TARIBVS. A DIVO. HADRIANO. OB
IVDAICAM. EXPEDITIONEM. X. VIRO
STLITIBVS. IVDICANDIS. PATRONO
MVNICIPI. CVRATORI. MAXIMI. EXEMPLI
SENATVS. P. Q. TIBVRS
OPTIME. DE. REPVBLICA. MERITO

In agro Tiburtino, subq. ipso Tibure ad pontem Lucanum, *in mole sepulchri antiqua, tab. marm.*

7 M. PLAVTIVS. M. F. A. N
SILVANVS
COS. VII. VIR. EPVLON
HVIC. SENATVS. TRIVMPHALIA
ORNAMENTA. DECREVIT
OB. RES. IN. ILYRICO
BENE. GESTAS

LARTIA. CN. F. VXOR
M. PLAVTIVS. M. F
VRGVLANIVS.
VIX. ANN. IX

Hoc egomet vidi: at superiora duo ab alijs accepi.

In eodem sepulchro, altera tabula marmorea.

I

TI. PLAVTIO. M. F. AN
Veneranda & studiosa
mariti, sola præcellens
omnibus coniugibus
annorum xx. liberorum
duorum mater. quum cum
marito meo septem annos
vitam exegissem, hic
iaceo: nomen verò
mihi Myronis, inscri-
ptionem autem in stela incul-
patæ vitæ gratia,
Panthes meus mari-
tus perfecit.

. Ibidem.

D. M. S
14 IVLIAE
HEVRESI
SANCTISSIM.
VOLENTE. FATO
VIXIT. ANNIS
LXXXII
HIC. SVPER. OSSVA
CINERESQ.
TVOS. BENEDICTA
QVIESCIS
FECIT. POMPONIA
TROPHIME
BENE. MERENTI

Ad hospitium Vrsi, *in ædibus priuatis, in vrnula marmorea.*


D. M
15 IVNIE. FELICVLÆ
L. MINICIVS
GLAPORVS
SODALI. SVAE
BENEMERENTI. F

Ibidem.

16 C. SALLVSTIO. PISANDRO
PATRONO. OPTIMO. ET
SALLVSTIAE. TYCHE. VXORI. CARISSIM.
FECIT
C. SALLVSTIVS. PISTVS. SIBI. ET
SALLVSTIAE. EVGENIAE. FIL
ET. LIBERTIS. LIBERTABVSQVE
POSTERISQVE. EORVM

Hæc tria Helena Vrsina ab Antonio Morillonio quondam accepi: reliqua egomet vidi.

Ad Agonem, *siue Campum Agonium è regione Sanctæ Mariæ dell' anima Germanorum templi.*



1 SVLPICIAE
SEMNE
HAGNI. ET
GENICESE
VIX. AN. II
ET. SVLPICIO
HAGNI. ET
GENICESE
HIERO
VIX. AN. II

In domo Archiepiscopi Tranensis ad Agonem, *tabella.*

2 L. CANINIVS: CEDRVS
SIBI. ET.
CANINIAE. PRIMAE
LIBERTAE. SVAE
VESTALI. FILIO. SVO
L. CANINIO. PARIDI
PATRONO. SVO

In domo Millinæ, ad Agonem, *in ara marm. insupernè aquila serpentem vnguibus premit.*

3 DIS. MANI
CORNIFICIA
FAVSTILLAE. LIB
EVPORIA. SIBI
ARA. IN. FRONTE
PEDES. X. IN. AGRO. PED
XI

In ædibus Ioh. Baptistæ Millini, *ad Agonem: in ara marm. eleganti.*

4 DIIS. MAN
MYSTI. L. VOLVSI
SATVRNINI. SER
VOLVSIA. IRENE. ET
DORIO. FILIO
VIX. AN. XV. M. V
PERMISSV. Q. N


In serto multiplici, ad capita ouina religato, est aquila expansis alis subuolans. Infernè lupa Romulum & Remum lactat. In angulis inferioribus sphinges sunt. In lateribus poculum & lanx item in serto: sub quo auicula se ad fructus ex ipso serto decerpendos erigit.

In domo Iordani Bocchabellæ, *ad Sanctum Laurentium in Damaso, tabella.*

5 D. M. S
ΕΝΘΑΔΕ ΓΑΙΩΝΑΣ ΟΣΚΙΣ
ΤΙΒΕΡΗΝ ΠΟΤΕ ΡΩΜΗΣ
ΚΑΙ ΔΕΙΠΝΟΙΣ ΚΡΕΙΝΑΣ
ΠΟΛΛΑ ΜΕΙΤΕ ΤΦΡΟΣΥΝΗΣ
ΚΑΙ ΜΑΙΤΩ ΘΑΝΑΤΩ
ΜΗΔΕΝ ΟΦΕΙΛΟΜΕΝΟΣ
GAIONAS. ANIMVLA

In ædibus Francisci Lamberti Sabaudi *Referendarij ac Abbreuiatoris apostolici, in Parione, tabella marm.*

6



TI. CLAVDIO. AVG. LIB. ALEXANDRO
ET. PRIMIAE. SEPTIMAE
CLAVDIA. SVCCESSA. ET. CLAVDIA. OLYMPIAS
PARENTIBVS. PIENTISSIMIS. FECERVNT. ET. SIBI. ET. LIBERTIS
LIBERTABVS. POSTERISQ. EORVM

In æde Diui Thomæ in Parione, *in ara marmorea.*

7 TI. CLAVDIO. TI. F
QVIR. PROCVLEIANO
BENEMERENTI
CLAVDIA. PROCILLA
SOROR. FECIT
VIXIT. ANN. VIIII. MENS
IIII. DIEB. XIII

Ibidem, *Altera tabella marm.*

8 D. M
CLAVDIAE. FOR
TVNATAE. DVL
CISSIMAE. B. M
IN. AGRO. P. IIII
IN. LATITVDINE
P. II
FECIT. CLAVDIA
CHARITE. MAT
VIXIT. ANN. XI
M. X

In domo Francisci Lischæ *ciuis Rom. in Parione.*

In vrna marm. magna ornatáque, cuius quatuor angulos, totidem Genij efficiunt, serta per omnia latera expandentes.

9 DIIS. MANIBVS
L. CALPVRNI. RESTITVTI
EX. TESTAMENTO
FACTVM. ARBITR
HEREDVM
CALPVRNIA
RESTITVTA
HYC

In vrnula marmorea, in qua supernè auiculæ duæ sese mutuo osculantur.

10 DIS. MANIBVS
EVTYCHIAE. ET
SVCCESSAE. F. EIVS
L. CAECILIVS. SVCCESSVS
CONTVBERNALI. ET
FILIAE. CARISSIMIS

Ego ipse hæc omnia vidi.

Retro stabulum Vicecancellariæ *Apostolicæ.*

11 C. IVLIVS. HERMIA
EPHOEBO. DVLCISSIMO
FIIIO.SVO. VIXIT.ANN.III
ORCVS. ERIPVIT. MIHI. IN
QVO. SPES

In Sancto Antonio *è regione domus hospitalis Anglorum prope curiam Sabellicam.*

12 D M
AVR.MAXIMIANVS.AVR.OLYMPIADI
FIL. DVLCISSIMAE. QVAE. VIX. AN. XXII.M.X
D. XXVI.ET.PVBLICIAE. CARPODORAE. EIVS.ET
LIB. LIBERTABVSQ. SVIS. POSTERISQVE. EORVM. F. S
SI QVIS.HOC.SEPVLCHRVM.VEL.MONVMENTVM
CVM. AEDIFICIO. VNIVERSO. POST. OBITVM
MEVM. VENDERE. VEL. DONARE. VOLVERIT
VEL. CORPVS. ALIENVM. INVEHERE. VELLIT
DABIT.POENAE.NOMINE. ARK PONTIF. L-S. C. N
ET. EI.CVI.DONATVM. VEL. VENDITVM.FVERIT
EADEM. POENA. TENEBITVR

In ædib. Chianellucij.

13 DIIS. MAN
SEXTI
PERPENNAE. FIRMII
VIXI. QVEMADMODVM
VOLVI. QVARE. MORTVVS
SIM. NESCIO

In ædibus Pompei Cibonis, *in Parione tabula marmorea.*

14 DIIS. MANIBVS
GN. TRIMELIVS. TROPHIMVS
FECIT. SIBI. ET. FLAVIAE. PROBAE
CONIVGI. CVM. QVA. VIXIT
ANNIS. L. LIBERTIS. LIBERTA
BVSQVE. POSTERISQVE. EORVM
SIQVIS. AVTEM. HOC. VENDERE
VOLVERIT. ARKAE. PONTEFICVM
L-S X. MILIA. NVMVM. INFERET
VEL. SIQVIS. ALIENVM. CORPVS
HIC. INTVLERIT. POENAM
SVPRA. SCRIPTAM
INFERET

sic sic sic

In vico quodam al pozzo biancho.

15 PONTIAE. L. F
CAPITOLINAE
M. AMVLIVS
M. F. EXORATVS
VXORI. PIENTISSI
MAE. BENEMERENTI
VIX. ANN. XIX. M. XI
DIEB. XIII

In ædibus Antonij de Contrara, al pozzo biancho, *tabula marmorea.*

Ibidem, *in arula.*

16 D M
MILEVILANO
QVI. VIXIT. ANN
XV. M. VI. D. XI
DONATVS. ET
NEDYME. FILIO
PIO. TITVLVM
FECERVNT
CINERES. EIVS
HIC. POSITI. SWT
O. E. B. Q. C

17 D . M
M. AVRELIVS. AVGG. LIB. SECVNDVS
SE. VIVVS. FECIT. SIBI. ET. CAELIAE. MARCELLINAE
CONIVGI. SANCTISSIMAE. ET. SECVNDO. FIL
DVLCISSIMO. Q. V. A. VIIII. M. III. D. X. ET. LIBERTIS
LIBERTABVSQVE. POSTERISQVE. EORVM
IN. FR. P. XVIS. IN. AGRO. PED. XVIIII. ET. ANTE. FRONTE
LAT . PED. X

In area montis Iordani *supra limen domus priuatæ, in angulo quodam.*

18 CN.POMPEIO.CN. L. PROTHESILAVO
NVMONIA. L. L. MEGISTHE. SIBI. ET
VIRO. SVO

Præter xiij. & xv. ego ipse omnia vidi atque ex ipsis marmoribus descripsi.

In palatio montis Iordani *Tabula marmorea.*

1
DIS . MAN
L. ATTIO. SVCCESSO
FECIT. L. ATTIVS. ANICETVS
PATRONO. BENE. DE. SE
MERENTI
H . M . E
ET. L. ATTIO. DAP
LIBERTIS. LIBERTAB
IN. F. P. X
ET. VALERIAE. SABINAE. DONAV
AEDICVLA

DIS MAN
L. ATTIO. SVCCESSO
FECIT. OBVLNIA. ROME. CON
BENE. MERENTI
DE. SE
H . N . S
HNO . CONLIB .
VSQVE. NOSTRIS
IN. AGRO. P. XIV
ERVNT. INTROITVS. PARTE. SINI
ET. ANTE. AEDICVLA. P. II

Ibidem.
In ara marmorea.

D M
2 D. IVNIO. PRIMIGENIO
QVI. VIX. ANN. XXXV
IVNIA. PALLAS. FECIT
CONIVGI. KARISSIMO
ET. PIENTISSIMO
DE. SE. BENEMERENTI
CVM. QVO. VIXIT. ANNIS
XV. MENSES. VI
DVLCITER. SINE. QVERELLA

Ibidem,
in vrna marmorea.

3 TI. CLAVDIO. GLYP
TO. HYMNOLOGO. DE
CAMPO. CAELEMON
TANO. VIXIT. ANNIS
XXV. MENSIBVS. VIII. FE
CIT. L. CEIONIVS. MA
GNVS. FILIASTRO
BENE. MERENTI
ET. TI. CLAVDIVS. CHRYSOCON
FRATRI. PIENTISSIMO

In S^to^ Saluatore in Lauro.
In vrnula elegantiss. sertis ex mellonibus, malis, piris, auellanis, pineis, rosis & glandibus ad capita ouina religatis, vndique cincta, in quibus cygni subuolantes, & subtus auiculæ, fructus è sertis carpentes.

4 CN. POMPEIVS. CN. F. PRIS
CVS. VIXIT. ANN. ET. M. VI
POMPEIA. CN. F. PROCVLA
VIXIT. MENSES. XI
CN. POMPEIVS. FVSCVS. P. FILIS. SVIS
POMPEIA. CN. L. PRIMIGENIA. M. EOR.

In mole Hadriani, *seu* castello S^ti^ Angeli, *cippus.*

POST. TITVLO
QVOQVOVERS. P. III
5 DIS. MANIBVS
SACRVM
L. VALERIO. INFANTI
RAPTVS. QVI. EST. SVBITO
QVO. FATO. NON. SCITVR
NATVS. NOCTIS. H. VI
VIXIT. DIEBVS. LXXI
ABIT. NOCTIS. AB. H. VI
QVISQVIS. EVM. LAESIT
SIC. CVM. SVIS. VALEAT
IN. FRONTES. DVO. P. TER
ET. IN. LATERA. DVO. P. TER

Ibidem.
In vrna marm.

6 DIS. MANB
C. CASSIO. C. F
GAL. SATVRO
LIBERTI
PATRONO. BENE
MERENTI

In lateribus peltæ dependent, quarum anguli extremi in capita gryphina desinunt, & vna in medio laruam satyricam, altera verò folia grandia habet.
Circa inscriptionem sertum myrteum obtextum pendet.
Sub inscriptione, genij duo portam occlusam monstrant, in cuius epistylijs auiculæ duæ, vna deorsum, altera sursum aspicientes, & in angulis pinnæ. Sub genijs sphinges duæ in columellis sedentes, portã ipsam custodiũt. Angulos anteriores ipsius aræ, columnæ Corinthiacæ striatæ, posteriores planæ foliatæ efficiũt.


Ego ipse hæc omnia vidi.

In Sta Maria transpontina, ad molem Hadriani, in ara marm.

DIIS
7 MANIBVS
Q. AVLI
QVINTILIANI

In pratis Mutijs.

9



In via Cassia, sub collibus Vaticanis, in vinea Antonij Bretini Florentini, *in vrna quadrata permagna.*

DIS. MANIBVS
11 VALERIAE. PRIVATAE
VIXIT. ANNIS. XI
MENS . VI
L. VALERIVS. ACMAEVS
DELICIO . SVO
CARISSIM. ET. SIBI

In ædicula S^tæ Catharinæ, in burgo S^ti Petri, *seu suburbio vrbis Romæ. Ara marmorea.*

13

EGRILIA
APELLAE. LIB
SYNTYCHE. FECIT
SIBI . ET
A. AGRILIO. NARCISSO
CONLIBERTO. SVO

Circa inscriptionem corona quernea est, copiæ cornibus imposita.

In dextro latere Pan fistulis duabus, vna recta, altera incurua, simul in os insertis canit. In sinistro latere senex nudus vannum fructibus plenum in capite fert, dextra manu caprum ducens. In auersa ara parte ilex est, in cuius trunco caput arietis positum est, ad quod canis infernè sedens aspicit. A ramis ilicis, fistulæ senæ simul colligatæ compactæq; dependent. Subtus è regione canis, stat ara cum igne accenso.

In hortis Medicæorum, *in collibus Vaticanis.*

Ara sepulchralis, in cuius tympani medio, Victoriæ duæ alatæ sertum tenent. In angulis anterioribus aquilæ, in posterioribus pinnæ sunt.

8 P. SCANTIVS. P. L
OLYMPVS
FECIT. SIBI. V. A. IXX
SINE. CRIMINAE (sic)
VITAE. ET. SCANTIAE. AGELE. CONLIB. ET
OPTIMAE. DE. SE. BENE. MERITAE

Subtus Silenus dextra thyrsum, sinistra nescio quid aliud tenẽs in asino vehitur, qui à Pane præcedente, lyncea amicto, & dextra flagellum, quo asino minatur, erigente trahitur. Satyrus, dextram ori admouens, sinistra baculum aut fistulam incuruam gerens, subsequitur.

In dextro aræ latere, Bacchys duas tibias inflat. In sinistro latere altera Bacchys tympanum pulsat.

Ibidem.

Altera ara, in qua stat Isis dea, rudi sculptura, capite lunatim ac magnificè diademato, dextra sistrum, sinistra crumenam tenens.

Subsequitur inscriptio.

D . M
10 BABILLIAE. VARILLAE
CONIVGI . B . M . FECIT
M. STATILIVS. AVGVSTALIS



In vtroque latere canister est, circa quem serpens conuolutus sese erigit.

Ibidem.

Arula marm. in qua supernè caput Gorgonis est inter cygnos. Sequitur inscriptio, paruis ac raris, sed opt. litterulis.

DIS . MANIBVS
12 ANTONIAE. M. F
PANACES. VIX. ANN. IX
MENS. XI. DIEB. XIII
FILIAE. OPTIMAE. ET
PIISSIMAE
M. ANTONIVS. PAL. ALYPVS
ET. PAPINIA. ZOSIME
FECERVNT

Sunt in lateribus vtrinq; lauri.

Infernè Sceleton humanum in saxis iacet, supra quod lacertus muscam captat, & papilio aduolat, veluti auxilium muscæ laturus.

Haud procul inde, in eisdem collibus *in horto vbi fons amœnus.*

D . M
14 C. TVRRANIO
NARDO. B. M
TVRRANIA. C. L
VENVSTA
PATRONO. FECIT

Ego ipse hæc omnia vidi.

Ad Sacellum Sancti Aegidij, *in Vaticano, extra portam & molem Nicolai, tabella marm.*

[1]

D M
TI. CLAVIVS. SECVN
DINVS FELICI. HOR
RIANO. PATRI. SVO ET CLAV
DIAE DANAE. MATRI
BENEVOLENTIBVS. SVIS. POSVIT

Ad idem Sacellum Sancti Aegidij, *altera tabella.*

[2]

SEX. FVFICIVS
APOLLONIVS. SVLPI
CIAE. HELPIDI. CONIVGI
SVAE. CARISSIMAE. BENE
MERITAE. ET. SEX. FVFI
CIVS. MARTIALIS. F. D. M

Ibidem, *altera tabella.*

[3]

D . M
LICINIO. CLIIMIINTI
L. COCCIIIVS. GAIO
NAS. ALVMNVS
QVI. VIXIT. ANNIS
V. MIIS. VII. DI IIB
XI. IIT. GAIONATI
QVI. VIXIT. ANNIS
II. MIISIBVS. SIIX

Obserua duplum II. pro E

In Beluedere *summi Pontificis horto, in vrnula marmorea.*

[4]

DIS. MANIBVS
COCCEIAE. IONIAE
CONIVGI. CARISS
IMAE. M. COCCEIVS
CARPVS. AVG. LIB

In ædibus hortisq́ue Cardinalis Cæsij, *in Vaticano.*

In vrna marm. quadrata.

[5]

ATIMETVS. PAMPHILI
TI. CAESARIS. AVG. L. L.
ANTEROCIANVS. SIBI. ET
CLAVDIAE. HOMONOEAE
CONLIBERTAE. ET
CONTVBERNALI

Η ΠΟΛΥϹ ϵΙΡΗΝωΝ ΛΙΓΥΡωΤϵΡΗ Η ΠΑΡΑΒΑΚΧωΙ
ΚΑΙ ΘΟΙΝΑΙϹ ΑΥΤΗϹ ΧΡΥϹΟΤϵΡΗ ΚΥΠΡΙΔΟϹ
Η ΛΑΛΙΗ ΦΛΙΑΡΗΤϵ ΧϵΛϵΙΔΟΝΙϹ ϵΝΘ ΟΜΟΝΟΙΑ
ΚϵΙΜΑΙ ΑΤΙΜΗΤωΙ ΛϵΙΠΟΜϵΝΗ ΔΑΚΡΥΑ
ΤωΙ ΠϵΛΟΝΑϹ ΠΑϹΙΝ ΒΑΙΗϹ ΑΠΟ ΤΗΝΔϵ ΤΟϹΑΥΤΗΝ
ΔΑΙΜωΝΑ ΠΡΟΙΔΗϹ ϵϹΚϵΔΑϹϵΝ ΦΙΛΙΗΝ

PERMISSV. PATRONI
IN. FRONTE. LONGVM. P.V. LATVM. P. IV

In dextro eiusdem vrnæ latere.

SI. PENSARE. ANIMAS
SINERENT. CRVDELIA. FATA
ET. POSSET. REDIMI. MORTE
ALIENA. SALVS
QVANTVLACVMQVE. MEAE
DEBENTVR. TEMPORA. VITAE
PENSASSEM. PRO. TE. CARA
HOMONOEA. LIBENS
AT. NVNC. QVOD. POSSVM. FVGIAM
LVCEMQVE. DEOSQVE. VT. TE
MATVRA. PER. STIGA. MORTE. SEQVAR
PARCE. TVAM. CONIVNX. FLETV
QVASSARE. IVVENTAM
FATAQVE. MAERENDO. SOLLI
CITARE. MEA
NIL. PROSVNT. LACRIMAE. NEC
POSSVNT. FATA. MOVERI. VIXIMVS
HIC. OMNIS. EXITVS. VNVS. HABET
PARCE. ITA. NON. VNQVAM. SIMILEM
EXPERIARE. DOLOREM. ET
FAVEANT. VOTIS. NVMINA
CVNCTA. TVIS
QVODQVE. MIHI. ERIPVIT
MORS. IMMATVRA. IVVEN
TAE. ID. TIBI. VICTVRO
PROROGET. VLTERIVS

In sinistro eiusdem vrnæ latere.

TV. QVI. SECVRA
PROCEDIS. MENTE
PARVMPER. SISTE. GRADVM
QVAESO. VERBAQVE
PAVCA. LEGE
ILLA. EGO. QVAE. CLARIS
FVERAM. PRAELATA
PVELLIS. HOC. HOMONOEA
BREVI. CONDITA. SVM
TVMVLO
CVI. FORMAM. PAPHIE
CHARITES. TRIBVERE. DECO
REM. QVAM. PALLAS
CVNCTIS. ARTIBVS. ERVDIIT
NONDVM. BIS. DENOS. AE
TAS. MEA. VIDERAT. ANNOS
INIECERE. MANVS. INVIDA
FATA. MIHI
NEC. PRO. ME. QVEROR. HOC
MORTE. EST. MIHI. TRISTIOR
IPSA. MAEROR. ATIMETI
CONIVGIS. ILLE. MEI
SIT. TIBI. TERRA. LEVIS
MVLIER. DIGNISSIMA
VITA. QVAEQVE. TVIS
OLIM. PERFRVERERE. BONIS

In musæo eiusdem Cardinalis *in tabella.*

[6]

CAESIVS. AEQVIDICVS. IAM
CENTVM. CLAVSERAT. ANNOS
FELICES. ANNOS. TOT. TVLIT
HORA. BREVIS

Hoc dempto, ipse omnia vidi.

In ædibus hortiſque Cardinalis Cæſij, *in Vaticano.*


In dextro eiuſdem vrnæ latere.

IAM. DATVS. EST. FINIS. VITAE. IAM
PAVSSA. MALORVM
VOBIS. QVAS. HABET. HOC. GNATAM
MATREMQ. SEPVLCHRVM
LITORE. PHOCAICO. PELAGI. VI
EXANIMATA S
ILLIC. VNDE. TAGVS. ET. NOBILE
FLVMEN. HIBERV S
VORSVM. ORTVS. VORSVM. OCCA
SVS. FLVIT. ALTER. ET. ALTER
STAGNA. SVB. OCEÁNI. TAGVS. ET
TYRRHENICA. HIBERV S
SIC. ETENIM. DVXERE. OLLIM
PRIMORDIA. PARCA E

Hîc ſtantis aſelli, aut alterius quadrupedis ſimulachrum eſt.


ET. NEVERE. SVPER. VOBIS. VITALIA. FILA
CVM. PRIMVM. LVCINA. DARET
LVCEMQ. ANIMAMQVE
VT. VITAE. DIVERSA. DIES. FORET. V
NAQVE. LET I
NOBIS. PORRO. ALIA. EST. TRINO
DE NEMINE. FAT I
DICTA. DIES. LETI. QVAM. PRO
ROGARE. SVOPT E
VISVM. OLLIS. TACITO. ARBITRIO
CVM. LEGE. PERENN I
SISTI. QVAE. CVNCTOS. IVBET. AD
VADIMONIA. MORTI S

7 *In vrna marmorea duplici permagna, ſupernè duos cuneos ad cineres imponendos habente.*



Ibidem, *tabula marmorea magna, magnis & formoſis literis.*

8



Ibidem, *in ara marm. eleganti.*

9 INGRATAE. VENAERI
SPONDEBAM. MVNERA
SVPPLEX. EREPTA. CONIVX
VIRGINITATE. TIBI. PERSEPHO
NE. VOTIS. INVIDIT. PALLIDA. NOS
TRIS. ET. PRAEMATVRO. FVNAE
RE. TE. RAPVIT. SVPPREMVM
VERSVS. MVNVS. DONAMVS
ET. ARAM. ET. GRATAM. CAE
PSIT. DOCTA. PEDANA
CHELYN. ME. NVNC. TORQVET
AMOR. TIBI. TRISTIS. CVRA
RECESSIT. LETHAEOQVE
IACES. CONDITA. SARCOPHAGO

Supernè inſculptus eſt lectus, in quo maritus accumbit, dextra in humerum vxoris in ſponda aſſidentis iniecta: in ſiniſtro eius brachio ſertum diſſolutum pendet. Ambo è tripode aſtante epulantur.
Angulos anteriores candelabra operoſa ignisq; in eis accenſus efficiunt. In lateribus lauri ſunt, cum auiculis & ſub eis cygni deſpuientes.

Ibidem, *in arula.*

10 DIIS
MANIBVS
SVCCESSI. FIL
CAESIA. GEMELLA
MATER. PIISSIMO
FILIO. DE. SVÓ
VIX. ANN. IX
M. IIII. DIEB. XV
FATIS. PERACTIS. MATER
EODEM. EST. CONDITA. QVAE
POST. OBITVM. FILI
VIX. ANN. III. M. XI. D. VIII

In ſiniſtro latere eiuſdem arulæ.

QVOD. EAS. PARENS
FACERE. DEBVIT. FILIVS
MORS. IMMATVRA. FECIT
VT. FACERET. PARENS
PATER. SVCCESSVS
SVPREMVM. VTRISQVE
PRAESTITIT. OFFICIVM

Ego ipſe hæc omnia vidi & ad marmora ipſa deſcripſi.

In ædibus hortísque Cardinalis de Cæsis, *in Vaticano.*


In ara marm. permagna atque optimè laborata, in qua supernè gryphes duo vas ansatum in medio positum, vnguib. tenent.

D . M
1 CLODIAE
AVITAE
HEREDES
EX. TESTÁMENTÓ

In ara marm. magna optimè sculpta, in cuius tympano sertum querneum est fascia circumligatum. opt. litt.

2 C. HELVIO. C. F
COR. CELERI
ET. C. HELVIO. FELICI. PATR
TESTAMENTO. FIERI. IVSST
ARBITRATV
QVARTILLAE . LIB
M. VIBI. PRISCI . HER
L. PLOTINI. PHOEBI . HER

Ibidem, *Ara marm.*

3


Ibidem, *ara marm.*

4 P. SCANTIVS
PHILETVS
FECIT. SIBI. ET
SCANTIAE
NICE. LIB
REQVIETORIVM
ÀMICI. BENE. FACERE
SEMPER. STVDIOSVS
FVI

Ibidem, *in ara marm. quæ in tympano delphines habet, erectis caudis colligatisque inter flores & conchas.*

C. DOMITI. C. F
6 PAL. VERI
VIX. ANNIS. XXXXII
MENSIBVS. VII. DIEB. XII
VOLVSIA. SEVERA
CONIVX. MARITO
OPTIMO. ET
INDVLGENTISSIMO

Infernè in porta, maritus & vxor mutuas sibi dextras dant, & in medio eorum stat candelabrum.
Angulos anteriores columnæ striatæ, posteriores planæ efficiunt.

In vrna marm. rotunda perfectissimi operis.

DIS. MÁNIBVS
5 ATHANIAE. PIERIDIS
CN. VELLEIVS. QVARTVS
VXORI. PIISSIMAE
FECIT. ET. SIBI
POSTERISQVE. SVIS

Sub inscriptione tigris ceruum in tergo mordet, in serto myrteo, quod à duobus genijs in copiæ cornibus stantibus hinc inde tenetur. Inferius lacerti duo velut pugnaturi mutuò sibi occurrunt. Sub copiæ cornibus sunt auiculæ solitæ.
In lateribus sunt serta item myrtea, in quibus cygni suspicientes subuolantésque. A tergo cranium bubulum est, à quo serta lateralia religata sunt.
In operculo, serpens in ramis lauri conuolutus iacet, super quo aquila sedet, sed confracta.

Ibidem, *ara marm.*

DIS. MÁNIBVS
7 C. VMBRICIVS
VEIENTANVS
SIBI. ET
VMBRICIAE. DELPHIDI
CONIVGI. SVAE. ET
VEIENTONI. FILIO
SVO. VIXIT. ANN. XII
ET. VMBRICIAE. DIDONI
VIXIT. AN. XX

In lateribus sunt lauri cum auiculis baccas decerpentibus. Sub ijs vtrobiq; ardea est, in dextro latere lacertum apprehendens: in sinistro verò papilionem capiens.

Ibidem, *in arula quadrata.*

8 VIPSANIA. M. VIPSANI
MVSAEI. L. THALASSA
SIBI. ET
TI. CLAVDIO. AVG. L. EPICTETO

Subest sertum multiplex, ad capita ouina extensum, in quo auiculæ duæ lacertum discerpunt.
Sub ipso serto, alteræ duæ auiculæ fructus & flores ex serto carpunt. In lateribus similia serta sunt & auiculæ, hoc solo differentes, quòd superiores, hinc papilionem, inde locustam seu cicadam discerpunt.

Egomet hæc omnia vidi, & ad marmora ipsa descripsi.

In ædibus hortisq; Cardinalis Cæsij, *sub Vaticano.*

Ara marmorea.

In tympano puella, exceptis pudendis, quæ velo, quo rupes cui insidet instrata est, teguntur, tota nuda, aquilæ astanti escam, vt videtur, è vase quod dextra tenet, porrigit: & sinistra, ipsius aquilæ alam dextram contrectat. Angulos anteriores ipsius tympani, laruæ cincinnatæ, posteriores pinnæ efficiunt. Angulos ipsius aræ, columnæ striata in flores desinentes efficiunt.

Sequitur inscriptio.

D . M
9 L. STATIO. L. F
ASCLEPIADE
OPTIMO. PIENTIS
SIMO. CL. M. F
INGENVA. CON
IVGI. KARISSI
MO. FECIT.
QVI. VIXIT. AN
NIS. XXV. M. XI. D. XI
L. STATIVS. NOR
BANVS. CL. INGE
NVAM. MATREM
SVAM. HIC. CON
DIDIT

Ara marm.

Supernè genius in rupe iacet, auiculam sinistra tenens.

10 DIIS. MANIBVS
CLAVDIO. HYLLO
VIX. ANN. IIII. MENS. VII
DIEB. V. CLAVDIVS
TAVRISCVS. PATER. FILIO
KARISSIMO

Altera ara marm.
Supernè aquila est & pinnæ.

11 DIS. MANIBVS
OTACILIA. L. L
PRIMIGENIA
FECIT. SIBI. ET. COL
LIBERTIS. ET. LIBERTIS
LIBERTABVSQVE. SV
IS. POSTERISQVE. EO
RVM

Ibidem *in ara marm.*

12 D . M
N. OGVLNIO
PRIMO
PATRI. OPTVMO
FECIT
ATIMETVS
FILIVS

Ibidem *ara marm.*

13 D . M
FABIAE
THEOPHILAE
VIX. ANN
LXV
P. FABIVS. EPICTETVS

Ibidem *ara marm.*

14 D . M
EVGRAPHO. F
APATE. MATRI. EIVS
EVGRAPHO. NEPOTI
EIVS
ADEPTVS. ET. SIBI. ET. SVIS

Ibidem.

15 FLAVIA. AVG. L. DORIS
FECIT. SIBI. ET
IDAEO. CAES. N. SER
COIVGI. SVO. ET
EPAPHRODITO. FIL
LIBERTIS. LIBERTABQ
SVIS. POSTERISQ. EORVM

Ibidem *tabella.*

16 T. CAESIVS. T. LIB
ONESIPHORVS. FECIT
SIBI. ET. OCTAVIAE. Q. LIB
ZOSIME. VXORI. SVAE. VNI
CI. EXEMPLI. FEMINAE. ET
CAESIAE. SPATALE. VERNAE
SVAE. POSTERISQVE. SVIS

Ibidem.

17 DIS. MAN
M. NVMISIO. LOTO
VIX. AN. LXXX
M. NVMISIVS. COL
EPAPHRODIANVS. F
PATRI. OPTIMO
INDVLGENTISSIMO
FECIT

In cippo marmoreo, in quo supernè tria stemmata fuerant, sed nunc effracta sunt.

18 CN. OFILLIO. CN. F. QVIR. PISONI
V. A. XXIII. M. IX. D. IX
CN. OFILLIO. CN. F. QVIR. FRVGI. VIX. A. XVII. M. II
CN. OFILLIVS. SVCCESSVS. ET
ANTONIA. RESTITVTA. PARENTES. FILIS
PIENTISSIMIS. FECERVNT. ET. SIBI. ET. SVIS
LIBERTIS. LIBERTABVSQVE. POSTERISQVE. EORVM



Ibidem, *in vrna marmorea quadrata prægrandi, in qua supernè quatuor loculi cinerum sunt.*

19 T. CAESIVS. PRISCILLAE. L. HERMES
POSTVMIANVS. SIBI. ET
CAESIAE. ANAPHE. CONIVGI. CARISSIMAE
T. CAESIVS. AGATHO. SIBI. ET
CAESIAE. PERSIDI. CONIVGI. CARISSIMAE
T. CAESIVS. T. F. SER. PERSICVS
VIXIT. ANNIS. II. MENSIBVS. VI

Ego ipse hæc omnia vidi descripsiq;.

In hortis Cardinalis Cæsij: *tabula marmorea.*

[1] T. CAESIVS HILARVS ET
SEX. CASSIVS HILARINVS
FEC. CAESIAE GERMANAE DE SE
BENE MERENTI ET. LIBERIS
SVIS. ET. LIBERTIS. LIBERTABVSQVE
POSTERISQ. EORVM

In vico qui est ad palatium Cardinalis Moroni, *tabella marm. parieti immissa.*

[2] EX. VOLVNTATE. M. ACILI
HILARIANI. ANTISTIA. PRIMA
INPERFECTVM. CONSVMMAVIT
MARITO. INCOMPARABILI. ET. SIBI
LIBERTISQ. SVIS. ITEM. LIBERTIS
LIBERTABVSQ. POSTERISQ. EORVM

In æde S^ti^ Michaelis *in Vaticano, ara marm.*

DIIS. MANIBVS
[3] M. HELVIDI. M. F
COL. CASSIANI
VIXIT. ANNIS. VIII
D. XXXXV

E regione Xenodochij S^ti^ Spiritus, *ad ædes priuatas.*

[4] CILIVS. THREPTVS. ET. MANLIA. AGAPE. SE. VIVI
CERVNT. SIBI. ET. CAECILIAE. THREPTAE. FILIAE. ET
ECILIO. MEDAVRO. FILIO. ET. SVIS. LIBERTIS
LIBERTABVSQVE. POSTERISQVE. EORVM

OC. MONVMENTVM. NE. DE. NOMINE. NOSTRO. EXIAT
VI. EXTERVM. INDVCERE. VOLVERIT. POENAE
OMINE. INFERET. ARCAE. PONTIFICVM. HS. L. M. N

In hortulo eiusdem ædis, *fragmentum.*

[5] VMIO. P. L. PHILEROTI
ESTAMENTO. HS ↀ
VMIVS. P. L. PHILARGVRVS
VMIVS. P. L. DEMETRIVS
VMIVS. P. L. TAVRISCVS

Inter Ianiculum burgumq. S^ti^ Petri in ædicula S^ti^ Leonardi, *in ara marmorea.*

[6] DIS. MANIBVS
TRAEBICIAE
MELISSE

In horto templi S^ti^ Ioh. de Malua, *trans Tiberim.*

[7] M. AEMILIVS. ARTEMA
FECIT
M. LICINIO. SVCCESSO. FRATRI
BENE. MERENTI
ET. CAECILIAE. MODESTAE. CONIVGI
SVAE. ET. SIBI. ET. SVIS. LIBERTIS
LIBERTABVSQ. POSTERISQ. EORVM
EXCEPTO. HERMETE. LIB. QVEM
VETO. PROPTER. DELICTA. SVA
ADITVM. AMBITVM. NE. VLLVM
ACCESSVM. HABEAT. IN. HOC
MONVMENTO

In Ianiculo, *quà ascenditur ad Monasterium* S^ti^ Onofrij, *in vrnula, marm. elegantiss.*

[8] DIS. MANIBVS
M. ACVTIVS
SALVTARIS
FECIT. SIBI. ET. TERTVLLIAE
CONIVGI. SVAE
BENE. VALEAS. RELIGIOSE. QVI
HOC. LEGIS
BENE. SIT. FILIS. FILIABVS. MEIS
QVI. ME. BENE. COLVERVNT

Ibidem, *in templo ipsius monasterij, in Sarcophago, seu pila oblonga.*

[9] D M
CAEMIAE. PIAE. C. O
VEHILI

In vinea Alexandri Magni, *procuratoris causarum, in via Portuensi.*

[10] C. CAECILIVS. FELIX
ET. C. CAECILIVS. VRBICVS
LOCVM. ITA. VTI. EST. CONCAMERATVM
PARIETIBVS. ET. PILA. COMPRAEHENSIS. LONGVM
P. VI. LATVM. P. VIIS. CONSECRAVERVNT. SIBI. ET
C. CAECILIO. RVFINO. ET. C. CAECILIO. MATERNO. ET
LIBERTIS. LIBERTABVSQVE. POSTERISQVE. EORVM
EXCEPTA. SECVNDINA. LIBERTA. IMPIA
ADVERSVS. CAECILIVM. FELICEM. PATRONVM. SVVM
H. M. H. N. S

Ibidem, *in ara marm. eleganti, sed valdè erosa.*

[11] M. VERGILIO
M. F. LEM
PROCVLO
VOLTRO O
POMPONIA. C. F
[illegible] NIA

Excepto 7° ego ipse omnia vidi.

Extra portam Pancratianam, *in Ianiculo, in pariete vineæ.*

12 RVSSIAE. L. F. FLORAE
INFANTI. DVLCISSIMAE
T. HOSTILIVS. ROBVSTVS
ET. VETTIAE
IVCVNDILLAE

In Sta Maria ad fontes olei, *trans Tiberim.*

13 D . M
Q. AEMILII. Q. F
QVIR. IVLIANI. EQ. R
QVI. VIXIT. A. XIIII. M. VI
D. XIII. FILII. DVLCISSIMI
PARENTES. INFELICISSIMI

In porticu templi S^tæ^ Mariæ transTiberinæ, *in pila marmorea permagna.*

CORPVS
14 T. BAEBI. C. F. FAB. CELERIS
VIXIT. ANNIS. LII. MENSIB. IIII
DIEB. XII.

TransTiberim, è regione templi S^tæ^ Mariæ, *in fragmento pilæ marmoreæ.*

D . M
15 Q. POMPEIVS. METROBIVS
ET. HELVIDIA. VICTORIA. ET
Q. POMPEIVS. VICTORINVS
FILI. ADIECTA. PODISMO. ET
ADAMPLIATO. FECERVNS. SE T
VIVOS. SIBI. ET. SVIS. LIBETIS *Sic* T, *pro* R
LIBERT. POSTERISQ. EORVM

Ibidem *in altera pila marm.* *Iterum habetur infra fol. cxxx. 3.*

16 A. VITELLIVS. A. L. SALVIVS
SIBI. ET
A. VITELLIO. CELERI. F. VIXIT. A. XX
VITELLIAE. A. L. MEROE. CONLIBERTAE
C. TROLIO. Ɔ. L. TERTIO. FRATRI. SVO
TROLIAE. Ɔ. L. BVDAE. FRATRIS. F
C. TROLIO. C. ET. Ɔ. L. TERTIO. FRATRIS. F
LIBERTIS. LIBERTABVS. POSTERISQVE. EORVM

Non procul à ponto Cestio transtiberim *in pariete domus collapsa.*

18 A. VIRCIAE. SOTERIDI
TT. KANI. APELLES
ET. FELIX. FEMINAE
SANCTISSIMAE
ET. L. OTACILIVS
ALEXANDER
SORORI. PIISSIMAE

Ibidem *in ipso templo* S^tæ^ *Mariæ, in ara marm. prægrandi.*

17 Q. FABIVS
AVRELIANVS
SIBI. ET. SVIS

Ibidem.

19 DIS . MAN
T. FLAVIO CRASSO
VIXIT M. III
DIEBVS V

Trans Tiberim, ad pontem Cestium, *in pariete domus collapsa.*

20 MORIENS. CVM. DIXERIT
IPSE. VIVITE. FELICES. ANIMIS
MORS. OMNIBVS. INSTAT
HOC. POSTQVAM. POSVERE
SEPVLCHRVM. KARI
SCRIPSERE. SODALES

Ibidem.

21 V. A. VII. IN. A. P. XII
P. SCANTIVS
P. L. ANTIOC
GAGVSA. SIBI
ET. SVIS. QVIS. IN
EIVS. POTESTATE
ERVNT. IN. F. P. XV

Ibidem.

22 D . M
M. CARIENIO. M. F
VENVSTO
Q. V. AN. V. D. I. M. X
M. CARIENIVS. FELIX
ET. CARIENIA. VENVSTA
INFELICISSIMI. PARENTES. FEC

Egomet hæc omnia vidi, & ad marmora ipsa descripsi.

In porticu templi Sanctæ Cæciliæ trans Tiberim, *tab. marm.*

[1]
DIIS. MANIBVS. SAC
MARIO. L. LIB. HERMETI. L
DOCETIAE . PHASIDI
MARIVS. L. LIB. FELIX. PATRON
SVIS. BENE. MERENTIBVS. DE. SVO. FECIT. ET. SIB
BERTIS. LIBERTABVSQVE. SVIS. POSTERISQVE. EO
ITA. NE. VNQVAM. DE. NOMINE. FAMILIAE. NOSTRAE. HIC. MONVMEN
HOC. MONVM. HERED. NON. SEQVET. IN. FRONT. LAT. PED. XX. ET. DIGIT. II. IN. AGR. L
QVEM. EMIT. DOCETIA. PASIS. P. C. AMPLIAVIT. MARIVS. FELIX. ET. FECIT. ARIAE. P. CCV. ET

In æde Sancti Francisci trans Tib. *in ara marmorea.*

[2]
DIS. MANIBVS
L. TARQVITIO. MARCIANO
FILIO. DVLCISSIMO
QVI. VIXIT. ANNIS. VIIII. MENS
VI. DIEBVS. XVIIII. HORIS. XI
L. TARQVITIVS. TROPHIMVS. ET
TARQVITIA. EVTYCHIA. PARENTES
FILIO. DVLCISSIMO. FECERVNT
CVIVS. CORPVS. CAVSA. PONDERIS
ANTE. ARA. POSITV EST

Ibidem, *in ipso templo.*

[3]
RVBRIA. SP. F. DONATA. ET. C. IVLIVS
CONIVGES. DVLCISSIMI. HIC. SVNT. SEPVL
BENE. VALEAS. QVI. LEGIS

Ibidem, *in ara marm. opt. litt.*

[4]
ANIBVS
P. MEMMIO. LYCAEO
AVFIDIA. TERTIA
CONIVGI. SVO
CARISSIMO. ET
AVFIDIA. RESTITVTA
FIL. PATRI. SVO. PIISSIMO

Ibidem *in ara.*

[5]
SALLVSTIA. PHOEBE
SIBI. ET. P. PETRONIO
P. F. PAL. RVFO
PATRI. DE. SVO. ET
P. QVINCTIO. REPENTINO
CONIVGI. SVO. INDVLGENTISSIMO
ET. LIBERT. LIBERTABVSQ. EIVS
POSTERISQ. EOR. ET. QVIBVS. DONAVI. DONAVERO
IN. FR. P. XIIII. IN. AGR. P. XII

Haud procul à Sancta Cæcilia, *versus Tiberim, in domo quadam prolapsa.*

[6]
A. COCCEIVS. A. L. IVCVNDVS
FECIT. SIBI. ET
COCCEIAE. A. L. TYCHE. ET
LIBERTIS. LIBERTABVSQVE
POSTERISQVE. EORVM
H. M. D. M. A

In Sancta Rufina trans Tiberim, *in vrnula quadrata.*

D . M
[7]
D. PETRONIO. FELICI
PATRI. PIENTISSIMO
PROCVLVS. FILIVS

Subtus puer vtrias à baculo, quem in humero gerit, vtrinque dependentes, in cumulum fert.

In Sancto Benedicto, *citra Tiberim,* ad pontem Sixtium, *ara marm.*

D . M
[9]
LABERIAE. IRENE
V. A. XI. DIEB. XXVI
VETVRIVS. HILIX. ET
LABERIA. SYNTYCHE
FILIAE. PIENTISSIMAE
FECERVNT

Infernè virgo alata, tauro insidet, & ipsum inter cornua pugione ferit.

In S^to Saluatore de Curtibus, trans Tib. *ara marm.*

[8]
VOLVSIA. VENERIA
V. A. XIII
Q. VOLVSIVS
SECVNDVS
V. A. XV
M. XI. ET. D. XXV

Sculptus est vtrinque Capricornus, in piscem desinens.


Ego ipse hæc omnia vidi.

In insula Tiberina
In saxo Tiburtino oblongo, ad ostium Figlinæ *cuiusdam transversim erecto.*


10 VLIA . QVINCTI . RANCI . FEILIA
IBERTI. PROTI. QVOI . FATVM. GRAVE
PARCAE. AC. FINEM. VITAE . STATVERVNT
ET. BIS. DECEM. ANNEIS. NATA. INDIGNITER
ONCEPIT. LEIBERVM. SEMEN. DVPLEX
PARERET. PATRONO. AVXSILIVM. AC. DECVS
A. COMMODA. ATQVE . INCOMMODA
MORS. ERIPVIT. SVEIS. PARENTIBVS
MMO . IN. LVCTV. AC . SOLLICITVDINE
RIO. GNATAE. FLETVS. IN. DIES

EDVNT. SIBEI. ESSE. TALEM. EREPTAM. FILIAM
PATER. MEI. ET. GENETRIX. GERMANA. ORO. ATQVE
DESINITE . LVCTV. QVESTV. LACRVMAS . FVNDERE
SEI. IN. VITA. IVCVNDA. VOBEIS. VOLVPTATEI. FVEI
VIRO. ATQVE. AMEICEIS . NOTEISQVE. OMNIBVS
NVNC. QVONIAM. FATVM. SE. ITA. TOLIT. ANIMO. VO
AEQVO. VOS. FERRE. CONCORDESQVE. VIVERE
QVAS. OB. RES. HOC. MONVMENTVM. AEDIFICAVIT
SVAE. GNATAE. SIBEIQVE. VXORI. HANC. CONSTITVIT
AETERNAM.VBEI.OMNES. PARITER

Ibidem, *basis seu ara sepulchralis elegantissima, literisque perfectissimis scripta, pariete domus ita inclusa, vt hæc pars extrinsecus, altera verò intrinsecus legatur. In illa autem parte, auersa scilicet, habetur prolixa illa inscriptio dedicatoria* RAGONII. VINCENTII. CELSI. *à posterioribus incisa, quam supra suo loco posui, fol.* LXX.

11


In eadem insula, *retro Figlinas, cippus marmoreus.*

12


In capite pontis Sancti Bartholomæi, *in Lapide Tiburtino rudi.*

13 HOSPES.QVOD.DEICO.PAVLLVM.EST.ASTA.AC.PELLIGE
HEIC.EST.SEPVLCRVM.HAV.PVLCHRVM.PVLCRAI.FEMINAE
NOMEN. PARENTES. NOMINARVNT. CLAVDIAM
SVOM. MAREITVM. CORDE. DILEXIT. SOVO
GNATOS. DVOS. CREAVIT. HORVNC. ALTERVM
IN. TERRA. LINQVIT. ALIVM. SVB. TERRA.LOCAT
SERMONE.LEPIDO.TVM.AVTEM.INCESSV.COMMODO
DOMVM. SERVAVIT. LANAM. FECIT. DIXI. ABEI

In æde Sancti Vincentij *Societatis cocorum ad Tiberim, ara marm.*

DIIS. MANIBVS
14 SACRVM
D. FABIO. D. F. CLA
ARCARIO
VIX. ANN. XIIX. MEN. IIX
D. XXVII. H. VI
FABIA. FVSCA
FILIO.PIISSIMO

Incisus est infernè equus marinus in piscem flexuosum desinens, cui virgo seminuda inter duos genios insidet.

In Sancto Stephano in silice, *ad Tiberim.*

In vrnula quadr. literula opt.

MEMORIAE
15 M. CRITONI
PECVLIARI
FECIT
M. LVCCEIVS
LOCVPLES
PARENTI. B. M

In tabella marmorea.

16 DECIA. CALENA
DECIAE . PRIMAE
MATRI . DVLCISSIMAE . ET
M. OCTAVIO. SP. F
PARMENONI

Ibidem, *in ara sepulchrali.*

TI.CLAVDI.THREPTIANI
17 VIX. ANN. XIIII. M. VIIII. D. XXV
AQVILIA . EVRHESIS. MATER
FILIO. PIISSIMO. ET. SIBI. ET
CLAVD.THREPTO.CONIVGI.SVO
ET. LIBERTIS. LIBERTABVSQVE. SVIS
POSTERISQVE . EORVM

Præter 13um *quod in calcem redactum esse puto, ipse omnia vidi.*

Præ foribus ædis S^tæ Martæ Monticelli, *in arula marmorea.*

DIS . MANIB
[1] TI. CLAVDI. ABASCANTIANI
VIX. ANN. XXII . OBITVS
EST . NARBONE . PROVIN
T. FLAVIVS . ABASCANTVS
ET.CLAVDIA.STRATIA.PARE.F

Sub inscr. caput Medusæ est inter cygnos in serto, sub quo auiculæ duæ. In angulis superioribus capita Hammonum, in inferioribus aquilæ sunt. In lateribus sunt vtrinque pinnæ nauium.

In domo Latini Iuuenalis, *inter Tiberim & plateam Iudæorum.*

[2] HAVE. ATIMETE
DIS . MANIBVS
L. CALPVRNIO
ATIMETO
CALPVRNIA. PYRALLIS
CONIVGI. DVLCISS. FECIT
CVM. QVO. VIXIT. A. XXIIX. M.XI.D.XVII

In pauimento eiusdem ædis, *tabella marmorea.*

3 ΦΛΑΟΥΙΑ ❦ CΕΡΟΥΑΝΔΑ ❦ ΗΚΑΙ
ΑΓΡΙΠΠΕΙΝΑ ❦ ΠΑΝΑΡΕΤΕ
ΕΥΨΥΧΙ ❦ ΜΕΤΑ ΤΟΥ ΟCΕΙΡΙΔΟC

In ara marm. eleganti.

[4] L. PRECILIO. FORTVNATO
ET. PRECILIAE. NICENI
MATRI. EIVS
PATRONIS. B. M. ET
DAMALI. CONLIBERTAE
L. PRECILIVS. TROPHIMVS
F

Sunt in angulis superioribus antè Hammonum, retrò verò arietum capita, ad quæ serta suspenduntur, in quibus in fronte Medusæ caput est, in lateribus autem poculum & lanx, & sub ys auiculæ sursum è sertis, nescio quid decerpentes. In angulis inferioribus sunt anterius sphinges, posterius verò olores.

Haud procul inde, iuxta Palatium Bononiense, in ædibus Hortensij Palini.

Tabula marmorea.

[5] DIS . MAN
IVNIAE. L. F. CELE
TI. TI. CLAVDII. EVSCHENIVS. ET. PRIM
CLAVDIAE. QVIANE. EVSCHENIVS. SORORI
PRIMITIVVS. MATRI
EVSCHENIVS. CONSOBRINAE. SAMIARIAE. ARETHVSAE
ISDEM. CORPORIBVS. TRALATIS. PERM. TRIB. PL. ET
TI. CLAVDIO. EPAPHRODITO. TATAE. BENEME. FECER
ET. SIBI. ET. SVIS. LIBERTIS. LIBERTABVS. POSTERISQVE
EORVM

Ibidem, *in tabula.*

[6] CAECILIAE. D. D. CAECILIOR
TROPHIMI. ET. LOGI. LIB. HELPIDI
D. CAECILIVS. VINDEX. AVIAE. PIENTISS.
FECIT. ET. LIBERT. LIBERTABVSQ. POSTE
RISQ. EIVS. ET. PRAECEPIT. VT. AD. ID
SEPVLCHRVM. HORTVS. QVI. EST. CINCTVS
MACERIA. ET. DIETA. AIVNCTA (sic). IANVAE
CVSTODIAE. CAVSA. SEPVLCHRO. CEDAT
ET. ITVM. ADITVM. AMBITVM. SACRIFI
CIQVE. FACIVNDI. CAVSA. PROXIMIS
EIVS. RECTE. LICEAT

Ibidem, *in arula.*

DIIS . MANIBVS
Q. PROPERTIVS. SECVNDVS
[7] FECIT. SIBI. ET
PROPERTIAE. TRYPHOSAE
PATRONAE. SVAE. BENE
MERENTI. ET
PROPERTIAE. DYNAME
LIBERTAE. ET. CONTVBERNALI
SANCTISSIMAE

Hoc excepto egomet omnia vidi.

In S^to^ Nicolao, post Campum Floræ.

D . M
8 SERVILIA. IRENE
REVERENS. PIA
CASTA . PVDICA
BIS. QVINOS. DENOS. ET. SEX
PROVECTA. PER. ANNOS
SIT. TIBI. TERRA. LEVIS
CINERES . QVOQVE . FLORE
TEGANTVR
CHRYSES . B . M

Ad plateam Iudæorum, *tabella.*

9 VERATIAE. L. F. VERAE
VERATIA. MEROE. ET
L. VERATIVS. FELIX. ET
L. VERATIVS. APOLLINARIS. LIBER
TI. PATRONAE. DE. SVO. FECERVNT

Ad forum Piscarium, in domo priuata.

10

D . M	D . M
C. BELLEIO. CLAVDIANO	C. STATILIVS
VIX. ANN. XVII. MENS. XI. DIEB. X	PROCVLVS
C. BELLEIVS. PONTICVS	SE. VIVO. FECIT. SIBI
ET. CLAVDIA. NICE	ET. CLAVDIAE. HELIADI
FILIO. PIENTISSIMO	CONIVGI. KARISSIMAE
VIVI. FECERVNT. ET. SIBI	IN. PARTE. DIMIDIA
IN. PARTE. DIMIDIA	ET. LIBERTIS. LIBERTABVSQ
ET. LIBERTIS. LIBERTABVSQ	SVIS. POSTERISQ. EORVM
SVIS. POSTERISQ. EORVM	

Ibidem, *ad forum Piscarium scilicet, in parua vrna marm.*

DIS . MANIBVS
11 ROSCIAE
IMPERIOSAE
ROSCIAE. CALLIOPE
MATRI. EIVS
ROSCIO. FRVGI. FRATRI
EIVS. SVCCESSAE. VERNAE
EIVS. ITEM. LIBERTIS
LIBERTABVS. POSTE
Ec RIS TERISQVE. EORVM
TI. QVAESTORIVS. CORIN
THVS. CONIVGI. CARISSIMAE
ET. BENE. MERITAE. DE. SE
ET. CALLIOPE. VERNAE. EIVS

Ibidem, *in cippo marmoreo grandi, in quo stemmata duo sunt, viri scilicet & mulieris.*

DIS . MANIBVS
12 L. COCCEIO. CHRESTO
COCCEIA. MAGNA. CONIVGI
KARISSIMO. ET. L. COCCEIVS. PRISCVS
ET. L. COCCEIVS. APOLLINARIS. FILI
PATRI. BEN. MER. FECERVNT

In pariete domus priuatæ, ad S^tum^ Angelum, *in foro Pisc. tabella.*

D . M
13 IVLIAE . PIETATI
MARITAE. OPTIMAE
C. IVLIVS. SYMFOR
FECIT

In templo S^ti^ Angeli, in foro Piscario, *in aris marmoreis.*

DIS . MAN
14 LICINIAE
CHRYSIDI
C. LICINIVS
MEGELLANVS
LIBERTAE

Supernè genij tres serta duo expandunt, quibus cygni duo insident.
In angulis sunt columnæ striatæ vndosæ.
Infernè genij duo mulierem in lecto cubantem custodiunt. In lateribus gryphes sunt.

15 FESTO. AVG. L
GENETHLIANO
ANTONIA. LAETA
CONTVBERNALI

Subtus genij duo portam semiapertam exhibent. In angulis sunt columnæ striatæ vndosæq́;.
Hinc & inde sculpta sunt folia grandia, vt ireos, in colle.

In ædicula S^ti^ Valentini *ad forum Piscarium, in ara.*

16 EGNATIAE. PELAGIAE
P. CORNELIVS
ASCLEPIADES
MARITVS
ARAM. ET. PAIMENTVM
FECIT

Præter octauum, ego ipse omnia vidi.

Apud Gentilem Delphinium *ciuem Romanum doctissimum, atque omnis antiquitatis inuestigatorem sagacissimum, ad forum Piscarium.*

Tabula marmorea peruetusta, ex ædibus Colotianis huc allata.

1

EVCHARIS. LICINIAE. L
DOCTA. ERODITA. OMNES. ARTES. VIRGO. VIXIT. AN. XIIII
HEVS. OCVLE. ERRANTE. QVEI. ASPICIS. LETI. DOMVS
MORARE. GRESSVM. ET. TITVLVM. NOSTRVM. PERLEGE
AMOR. PARENTEIS. QVEM. DEDIT. NATAE. SVAE
VBEI. SE. RELIQVIAE. CONLOCARENT. CORPORIS
HEIC. VIRIDIS. AETAS. CVM. FLORERET. ARTIBVS
CRESCENTE. ET. AEVO. GLORIAM. CONSCENDERET
PROPERAVIT. HORA. TRISTIS. FATALIS. MEA
ET. DENEGAVIT. VLTRA. VEITAE. SPIRITVM
DOCTA. ERODITA. PAENE. MVSARVM. MANV
QVAE. MODO. NOBILIVM. LVDOS. DECORAVI. CHORO
ET. GRAECA. IN. SCAENA. PRIMA. POPVLO. APPARVI
EN. HOC. IN. TVMVLO. CINEREM. NOSTRI. CORPORIS
INFISTAE. PARCAE. DEPOSIERVNT. CARMINE
STVDIVM. PATRONAE. CVRA. AMOR. LAVDES. DECVS
SILENT. AMBVSTO. CORPORE. ET. LETO. TACENT
RELIQVI. FLETVM. NATA. GENITORI. MEO
ET. ANTECESSI. GENITA. POST. LAETI. DIEM
BIS. HIC. SEPTENI. MECVM. NATALES. DIES
TENEBRIS. TENENTVR. DITIS. AETERNA. DOMV
ROGO. VT. DISCEDENS. TERRAM. MIHI. DICAS. LEVEM

Ibidem.

2

ΕΥΦΡΑΝΘΕΙΣ ΣΥΝΕΧΟΣ ΤΕΛΑΣ ΠΕΞΑΣΤΕ ΤΡΟΦΗΣΑΣ
ΚΑΙ ΨΥΧΗΝ ΙΛΑΡΩΣ ΠΑΝΤΩΝ ΤΡΕΨΑΣ ΕΝ ΑΟΙΔΑΙΣ
ΟΥΔΕΝ ΑΛΥΠΗΣ ΟΥΛΟΙΔΟΡΑ ΡΗΜΑΤΑ ΠΕΜΨΑΣ
ΑΛΛΑ ΦΙΛΟΣ ΜΟΥΣΩΝ ΒΡΟΜΙΟΥ ΠΑΦΙΗΣΤΕ ΒΙΩΣΑΣ
ΕΞ ΑΣΙΗΣ ΕΛΘΩΝ ΙΤΑΛΗ ΧΘΟΝΙ ΕΝΘΑΔΕ ΚΕΙΜΑΙ
ΕΝ ΦΘΙΜΕΝΟΙΣ ΝΕΟΣΩΝ ΤΟΥΝΟΜΑ ΜΗΝΟΦΙΛΟΣ

Qui quidem versus sic Latini facti sunt.

Lætus ego in lusu vixi luxuque perenni,
Cunctorumque animos iucundo carmine mulsi,
Nulli tristis eram, nulli conuicia dixi:
Sed Musis charus Bromio Paphiæque, profectus
Ex Asia Ausoniæ iaceo hac tellure sepultus
Et iuuenis perij, nomine Menophilus.

Hæc ambo egomet vidi.

Apud Gentilem Delphinium, *ciuem Rom. diligentissimum ac doctissimum omnis antiquitatis indagatorem: ad forum Pisc.*

Tabula marmorea.

3 Θ K
ΕΙΚΟϹΙ ΜΕΖΗϹΑΝΤΑ ΚΑΙ ΕΠΤΑΜ
ΟΝΟΥϹ ΕΝΙΑΝΤΟΥϹ ΠΑΥΛΕΙ
ΝΟΝ ΓΑΙΗ ΔΕΞΑΤΟΝ ΕΡΤΕ
ΡΙΗ ΚΑΙ ΜΟΙ ΑΔΕΛΦΕΙ Η ΚΕΙ.
ΤΑΙ ΝΕΗΕΙΤΥϹΥΤΕΙΝ ΕΠΤ
ΑΕΤΗϹ ΤΗϹ ΔΗΝΟΝΤΙ ΓΑΥ
ΚΕΙΟΤΕΡΟΝ . M . IVLIVS
EPICTETVS. FILIS. SVIS
ET. SIBI. ET. MAGIAE. NICE
CONIVGI

Græca hæc quidam sic interpretatus est.

Viginti me qui vixi & septem solos annos
Paulinum terra accepit inferior.
Et mihi soror iacet adolescens prope in terra
Septennis, huius autem mente quid dulcius?

In arula marmorea.

4 D M
Nomi NE. QVO. GENITOR. MI
hi di CITVR. HOC. EGO. VIXI
Tele PHVS. EST. GENITOR. TELE
phu S. IPSE. FVI. AVGVSTINA
pare NS. QVARTO. ME. FLEBILIS
an NO. TERDECIMOQVE. DIE
pe RDIDIT. ORBA. SATVM. NON
ig ITVR. LECTOR. LACRIMES
de CEPIT. VTROSQVE. MAXIMA
men DACIS. FAMA. MATHEMA
tici , TELEPHI. DVLCITI

Tabella marm.

5 CN. FLAVIVS. CN. L. SOSIA
CN. FLAVIVS. CN. L. APOLLONIVS
SEI. QVA. RENASCENTES. OPTANT. CERTAMINA. LAVDIS
EX. NOSTRA. ASPICIANT. FACTA. PRIORA, FIDE

In arula marmorea.

6 SOMNO. AETERNA
LI. VLPIAE. EVTERPE
MATRI. DVLCISSIM
VLPIA. PAVLINA
FEC. ET. SIBI. ET
LIB. LIBERTA
BVSQ. POSTERIS
QVE. EORVM

Tabella marmorea.

7 LIBERTA.ET.CONIVNX.PETRONIA.CÁRA.PATRÓNÓ
THALLVSA.HÓC.TVMVLO.CONDITA.LVCE.CARET
QVÁE.BIS.VICENÓS.COMPLERAT.LÝCIBVS. ANNOS
EREPTA. EST. SVBITO. CONIVGIS. É. GREMIO
HANC.SIC.ADSIDVE.DEFLET.PETRONIVS.VT.IAM
DEFICIANT. OCVLÓS. LVMINA. CARA. SVOS
DESINE. PER. TERRÁS. INFERNAS. TENDERE. AD. ARCES
FÁTA. ANIMAM. DEDERANT. FÁTA. EADEMQVE. ÑEGANT

In altera arula.

8 IVLIAE. PLEBEIAE
IN. HONOREM >
ALEXANDRI. ET. DEME
TRI. CAESARIS. AVG. L.
EX. DECRETO. DECVR
OLLA. PVBLICE. DATA. EST.

Tabula lapidea.

9 RVSTICELLA. M. L. CYTHERIS
DEBITVM. REDDIDIT. X. K. SEPT. MALVGINENS. ET. BLAESO. COS
QVANDOCVMQVE. LEVIS. TELLVS. MEA. CONTEGET. OSSA
INCISVM. ET. DVRO. NOMINE. ERIT. LAPIDE
QVOD. SI. FORTE. TIBI. FVERIT. FATORVM. CVRA. MEORVM
NE. GRAVE. (SIT. TVMVLVM. VISERE. SAEPE. MEVM
ET. QVICVMQVE. TVIS. VMOR. LABETVR. OCELLIS
PROTINVS. INDE. MEOS. DEFLVAT. IN. CINERES
QVID. LACRVMIS. OPVS. EST. RVSTICELLI. CARISSIME
CONIVNX. EXTINCTOS. CINERES. SOLLICITARE. MEOS
VNA. DOMVS. CVNCTIS. NEC. FVGIENDA. VIRIS
VT. QVAE. VOLVI. TEMPORE. TEMPVS. HABET
NONDVM. BIS. VICINOS. ANNOS. COMPLEVERAT. ANNVS
SVPREMVM. PARCAE. SORTE. DEDERE. MIHI

Sic multa vtrobiq; incorrecta, aut errore fabrili deprauata.


In tabula marmorea.

10 DIIS. MANIBVS. SACRV
A. FVRIO. EPAPHRODITO. QVI
VIXIT. ANNIS. LXXX. ET. CONSIAE. PRO
CVLE. QVAE. VIXIT. LXV. PATRONIS. BENE
MERENTIBVS. FECERVNT.
LIBERTI. LIBERTAEQVAE. ET. COLLI
BERTO. FVRIO. EPAPHRODITO. QVI. IN. EVM
SEPVLCRVM. EST. CONDITVS. VERNAE. ORVM
QVI. VIXIT. ANNIS. XIX. HIC. TVMVLVS. NVLLO
PATEBIT. SIQVIS. AVTEM. IN. HOC. SEPVLCRVM
MARMORATO. RELIQVIAS. CORPORIS. INTVLERIT
POENITEBITV. INTER. SVOS. COLLIBERTOS. HS ∞. N
ET. POSTERISQVE. NOSTRORV. EAM. POENAM. HVIVS
SEPVLCRI. CVRA. EGIT. FVRIVS. SVCCESSVS

Ego ipse hæc omnia vidi.


Apud Gentilem Delphinium, *virum doctiss. ad forum Piscarium.*

Tabella marm. incorrectè, vti hic repræsentatur, scripta.



1 DIS. MANIBVS. ISTIS
GEMINIAE. CAVMAE. C. BILLIENVS. FRVCTVS. OSSIBVS
OSSA. DEDIT. CONIVGI. PERPETVAE. QVOS
AETAS. IVNXERAT. OLIM. NVNC. MORTIS. IVNCTI
IACENT. QVI. VIXERVNT. VNA. ANNIS
CONTINVIS. LII. SINE. LITE. MOLESTA
FILIVS. HVNC. TVMVLVM. POSV. PLEN. PIETATE. PARENTV


Cippus è Tiburtino.



2 D. M
CHRYSANTHVS
TRYPHOSAE
ALVMNAE
MEMORIAE. CAVSA


Hic insculptus est equus, cui viator seu venator insidet.
Paulò inferius aper est & quercus.

Tabula marmorea.



3 A. VITELLIVS. A. L. SALVIVS
SIBI . ET
A. VITELLIO. CELERI. F. VIXIT. A. XX
VITELLIAE. A. L. MEROE. CONLIBERT
C. TROLIO. Ɔ. L. TERTIO. FRATRI. SVO
TROLIAE. Ɔ. L. BVDAE. FRATRIS. F
C. TROLIO. C. ET. Ɔ. L. TERTIO. FRATRIS. F
LIBERTIS. LIBERTABVS. POSTERISQVE. EORVM

Cippulus marmoreus, in quo supernè lychnus est & vasculum lachrimarum seu odoramentorum, quæ ossibus cineribúsque infundi solebant, & in medio receptaculum ipsorum cinerum.




4 D. M
C. VIVIVS. PR
ISCVS. FABIAE
PLOCENI. CO
IVGI. SVAE. BE
NE. MERENTI
ET. SVIS. POSTERISQ. EORVM

In vrnula quadrata.


5 C. POPILLIVS. C. F. AEM. FLORVS
POPILLIA. C. L. FLORA

Tabella marm.



6 ΚΗΡΥΞ. ΚΑΙ ΤΑΦΟϹ ЄΙΜΙ
ΒΡΟΤΟΥ ΠΑΡΟϹ ΑΡΧЄ ΧΟΡΟΙΟ
ЄΥΤΥΧΟΥϹ ΑΙΑΖΩΝ ΚΗ
ΡΑΜΙΝΥΝ ΘΑΔΙΟΝ
ΟϹ ΘΝΗΤΟΙϹ ΨΥΧΗΝ ΠЄΙ
ϹΑϹ ЄΠΙ ϹΩΜΑϹΙΝ ЄΛΘЄΙΝ
ΤΗΝ ΑΥΤΟΥ ΜЄΛЄΟϹ ΟΥΚΑΝ
ЄΠЄΙϹЄΜЄΝЄΙΝ


In cippo eleganti, litteris pulchris, in quo supernè aquila & pinnæ.



7 TI. CLAVDIO. VOL
DEMETRIO. ET
CLAVDIAE. IANVAR
TI. CLAVDIVS. VOL
ASTVTVS. ET
CLAVDIA. LVCANA
PARENTIB. SVIS. FECER
ET. SIBI. POSTERISQVE
EORVM

Habetur iterum infra fol. cxxxv. 4.


Tabella marm.



8 ΘЄΟΙϹ ΚΑΤΑΧΘΟ
ΝΙΟΙϹ.
ΔΗΜΗΤΡΙΟϹ
ΖΩΔΑΡΙΩ ΜΗΤΙ
ЄΥϹЄΒЄϹΤΑΤΗ. ΚΑΙ. ΘΥΓΑΤΗ. ΖΩΝ

forsan ω
forsan Η
forsã ΗΡ

Altera tabella.



9 ΓΑΗΝ ωΙ
ΝΙΤΡΙΝΟϹ
ΠΑΙΔΙ
ΚΑΙ ΝЄΚΤΝ
ϹΤЄΡΓωΝ

Ego ipse hæc omnia vidi.

In ædibus Gentilis Delphinij, *ad forum Piscarium, tabellæ marmoreæ.*

10
ΦΛΩΡΙΟϹ. ΟΝΗϹΙ
ΜΙΑΝΟϹ. ΤЄΚΝΩ. ЄΙ
ΔΙΩ. ΙΟΥΛΙΝΩ. ЄΠ
ΟΙΗϹΑ. ΜΝΗΜΗ
Ϲ. ЄΙΝЄΚЄΝ. ЄΥΨΥ
ΧΙ. ΤЄΚΝΟΝ. ΟΥΔΙϹ. Α
ΘΑΝΑΤΟϹ *stat hic auis cum ramo, psittaco similis.*

11
DIS. MANIBVS
SVNTYCHE
VIXIT. ANNIS. XXVII
PHILETVS. FECIT
SODALI. SVAE
BENE. MERENTI

12
ΑΓΛΑΙϹ ΚΛΑΥΔΙΑ ΑΠЄΛЄΥΘ
ΒΑΛΒΙΑ ΟΥЄΘΗΚЄΝ ΤΩΙ
ΔΙΟ ΑΝΔΡΙ ΗΡΑΚΛЄΜΝΗ
ΜΗϹ ΧΑΡΙΝ ЄΖΗϹЄΝЄ
ΤΗ
Ѱ ΠΤ̈́ Ν́
ЄΙϹ ΤΟ ΜΝΗΜΗΝ ΛΑΙΔΟϹ
ЄΙΟΥΛΙΑϹ

In domo Angeli Velarini, *ad forum Piscarium, in aris marmoreis.*

13
IVNIA
TORQVATE
V. V. L. ALCE
FECIT. SIBI. ET
CARISSIMO
C. IVNIO. EPAPHO
CONLIBERTO. ET
VIRO. OPTIMO

14
TI. IVLIO
AVG. L
ALCIDI
IVLIA. PRONOE
PATRONO
BENEMERENTI
FACIVNDVM
CVRAVIT
EX. TESTAMENTO. EIVS

15
DIS. MANIBVS
IVLIAE. TRIPHOSAE
T. FLAVIVS
FORTVNATVS
CONIVGI
PIENTISSIMAE. ET
BENEMERENTI. FEC
CVM. QVA. VIXIT. ANN.
XXXXVIII
ET. SIBI. ET. SVIS
LIBERTIS. LIBERTABVSQ.
POSTERISQ. EORVM

Ibidem.

16
DIS. MANIBVS
SACRVM
L. APONI. THESPI
VIXIT. ANN. XXX
APONIA. SYNERVSA
CONIVGI. SANCTISSIMO
OPTIME. DE. SE. MERITO

In ædibus Laurentij Vellei, *ad forum Pisc. tabella.*

17
D. M
Q. VALERIO
TERTVLLO
FRATRES
BENEMER. FECER

In æde Sanctæ Mariæ in porticu *ad Tiberim.*

18
D M
A. BAEBI. FELICIS
CONIVGI. OPTIMO
VIXIT. ANNIS. LV
MENSIBVS. VI
DIEBVS. XVI
VIBIA. FORTVNATA
BENE. DE. SE
MERITO. FECIT

Ibidem.

22
D. M
N. OGVLNIO
AEASCANTO
VIX. AN. L
OGVLNIA. HILARA
CONIVGI. CARISSIM
N. OGVLNIVS
RHODO. F
PATRI
CARISSIMO

Ad theatrum Marcelli, *in pariete domus priuatæ, arula marm.*

19
ΘЄΟΙϹ ΧΘΟΝΙΟΙϹ
ΝΥΝ ΒΑϹΙΛΙΟϹ
ЄΓΩ ΒΡЄΦΟϹ
ΑΙΛΙΝΟΝ ΩΔЄ
ΜΑΚΡЄΙΝΟϹ
ΠΑΤΡΟϹ ΜΑ
ΚΡЄΙΝΟΥ
ΓΛΩΚЄΡΑϹ
ΜΗΤΡΟϹ ΜΗΤЄ
ΚΟΥϹΗϹ ΟΚΤΩ
ΤΗ ΠΛΗϹΑϹ ΠΡΟϹ ΜΥ
ΤΟΙϹ ΝΗΝΑϹ Β. ΜΥ. Α

Inter Capitolium Tiberimque, *in pariete, domus cuiusdam ruinosæ.*

habetur iterum infra fol. clxxij. 18.

20
L. APISIVS. C. F. SCAPTIA. CAPITOLINVS
EX. TESTAMENTO. FIERI. IVSSIT
MONVMEN
ARBITRATV. HEREDVM. MEORVM. ET
SIBI. ET. SVIS

21
Apud Gentilem Delphinium.

L. NEVIVS. L. F. VOT
POLLIO
L. NEVIO. L. L
DIOMEDI

Ego ipse hæc omnia vidi.


E regione domus Maximorum, *in circo Flaminio, in arula seu basi marm.*

[1] QVINTAE
GAMI. MARTIAE
N. L. F. AN. VI
ATTICVS . AMANV
SPONSVS
LOC. D. EX. D. D

Habetur suprà fol.ciij. 7.

In adibus Camilli Stalli, *sub Capitolio fragmentum. opt. litt.*

[2]



In domo Lucij seu Iacobi Bacchabellæ, *in cliuo Capitolino.*

[3] D M
COMINIAE . MAGNAE
SERVILIA. PLIAS. EMIT. LOCVM
SIBI. ET. SVIS. LIBERTIS
LIBERTABVSQ. POSTERISQ
EORVM. L. P. V. LAT. P. III

Ibidem, *mala littera.*

[4] T. FL. QVIRINA. HERMOGE
NES. ET. VALERIA. CHRESTE
T. FL. MAXIMO. FILIO. SVO
PIISSIMO. ET. DVLCISSIMO
VIXIT. ANNIS. XI
MENSIBVS . VII
DIEBVS. VIII. ET. SIBI
POSTERISQVE . SVIS

Ibidem, *in vrna depositoria oblonga. Accentus punctosq. adiecit Ioh. Metellus.*

[5] ЄΙC. ΘΡΗΝΟΥC · ЄΦΥΛΑΞΑC ΑΤΙΝΙΑΝΩΙ ΚΑΚЄ ΔΑΙΜΟΝ
ΟΥΧ ΟCΙΩC ΠΟΙΝΗΝ ЄΥCЄΒΙΗC ΚΑΤЄΔΟΥ
ΡΟΥCΤΙΚΟΝ ΗΓЄΜΟΝΗ ΑΠΟCΙΝ. ΚΑΙ ΠΑΙΔΑ ΤΙΘΗΝΟΝ
ΠΟΜΠΗΙΟΝ ΜΑΖΩ ΘЄΛΓΟΜЄΝΟΝ. ΓΛΥΚЄΡΩ
ΜΗΤЄΡΑ Τ'ΑΡCΟΓЄΝΗ ΠΟΜΠΗΙΑΝ, ΗΔЄ ΠΟΥΔЄΝΤΑC *
ΤΙΟΝ ΚΑΙ ΠΑΠΠΟΝ, ΦЄΥ ΘΑΝΑΤΩΝ ΑΝΙCΩΝ,
ΠΑΠΠΟC ΜЄΝ ΓЄΝЄΗC ΠΡΟΠΑΤΩΡ ΠЄΛЄΝ 'ΗΙΘЄΟCΔЄ
ΩΧЄΤ'ЄΧΩΝ ΟΥΔЄΝ ΠΛΗΝ ΔΑΚΡΥΟΝ ΠΡΟ ΤΑΦΟΥ

* *fortè* ΠΟΘЄΝΤΑC, *nisi Pudentam nomen proprium putemus.*

Latinè ad verbum.

Ad luctum seruasti Atiniano male dæmon
Non sanctè pœnam pietatis posuisti
Rusticum ducem maritum, & filium infantem
Pompeium, mamma demultum dulci
Matremque marium genitricem Pompeiam, atque desideratos
Filium & auum, proh mortes inæquales.
Auus quidem stirpis progenitor fuit, diuinus verò
Abijt, habens nihil præter lachrymas ante sepulchrum.

In domo Antonij Bugalotti.

[6] ΤЄΡΜΑ ΒΙΟΥ ΤЄΛЄCΑC
ΠΑΙC† ΤΑЄΙΟC ЄΝΘΑΔЄΚ‡Ι
ΜΑΙ ΑCΚΗCΑC 'ЄΙΔΟC ΥΠΟ
ΚΡΙCЄΩC ΟΚΤΩ ΚΑΙ ΔЄΚ Є
ΤΗ ΖΗCΑC ΑCΚΛΗΠΙΟΔΩ
ΡΟC. ΓΗC'ΩΝ ΠΡΟCΘЄΓΟ
ΝΟC ΜΗΤЄΡΑ ΓΑΙΑΝ ЄΧΩ

† hoc, quibusdã videtur esse Γ & legendũ γηγενής, id est, filius terrenus.
‡ hic deest pes vnus, cui subdi potest καλῆς.

Accentus punctosq. addidit Benedictus Hegius Spoletinus, qui & dupliciter epigramma ipsum transtulit: videlicet,

Termino vitæ peracto,
filius terrenus hic iaceo, postquam exercui speciem histrioniæ, postquam octo & decem annos vixi Asclepiodorus terræ existens filius matrem terram habeo.

Hic sum Pæsteius vitæ modò fine peracto
Conditus histriacæ nobilis artis honos
Ter senos annos Asclepiodorus adæquans
Matrem habeo terram, qua prius ortus eram.
.siuè Caiam.

In area S[ti] Marci, *marmorea arula, quæ in tympano sertum, in lateribus vrnam pateramq. habet.*

[7] D . M
VERNAE
CAESARIS. N. SER
NEONIANO. ET
MEMMIAE
PANTHERAE
MEMMIA. TERTVLLA
NVTRICIO. SVO. ET. MATRI
B. M. POSTERISQVE. SVIS
ET . SIBI.

Habetur etiam suprà fol.cvj. 3.

Ego ipse hæc omnia vidi.

In ædibus priuatis, ad S^tum Marcum, *in ara sepulchrali marm.*

[8] LVCILIAE. L. F
PROCVLAE
PROCVLA. MATER
FECIT. ET. M. IVNIO. SABINO
PETILLIANO

Subtus Gorgonis caput inter cygnos in serto multiplici ad capita arietum religato sculptum est: sub quo virgo velificante linteo ad modum Iunonis amicta, a pistrice vehitur. In angulis inferioribus sphinges sunt: in lateribus poculum & lanx & auicula solita etiam in serto: sub quo vtrobique delphin.

Haud procul inde, in alijs ædibus priuatis, *in saxo grandi, magnis atque elegantib. literis.*

[10] P. RVTILIVS. P. F. PA
FICTORIAN. LONGV
P. RVTILIVS. P. F. PA
FICTORIAN. GEMINV

In domo priuata, sub Capitolio.

D. M
[12] LICINIVS. CRISPVS
CAELIAE. SATVRNINAE
COGNATAE. QVAE. VIX
AN. XVIII. M. IIII. D. II
BENEMERENTI. TITVLVM
FECIT

Ibidem.

D. M
[13] M. PONTIVS. HIIDISTVS
DANAIINI. COIVGI. BIINII
MIIRIINTI. FIICI. VIXIT
ANNIS. MIICVM. TRIBVS

In ædibus Hieronymi Alterij, *ad S^tum Marcum, tabella.*

[15] T. FLAVIVS. CYRILLVS. ET
CN. LIBVRNIA. EPICTESIS
EMERVNT. SIBI. ET. SVIS. LIBERTIS
LIBERTABVSQVE. SVIS. POSTERISQVE
EORVM
IN. FRONTE Ø PEDES. XXIII
IN. AGRO Ø PEDES. XVII

Ibidem, *in ara eleganti.*

DIIS. MANIBVS
[16] IVLIAE. PANTHEAE
DIADVMENVS. ET
PLOCAMVS. SVAE

Sub inscriptione, ad clauos affixum est sertum, ex pomis, pyris, rosis, auellanis, papaueribus, vuis, glandibus, aristis & quibusdam floribus constans.

Sub Capitolio, retro S^tum Marcum, *in domo quadam humili, litera huiusmodi.*

[9] DIS. MANIB
RESTITVTO VIXIT. ANNO VNO
MENSES. SEXS. CALEHEMERAE
VIXIT ANNIS XXXXV. ET
VENVSTO CONIVGI EIVS
VIXIT ANNIS XXXXV. FECIT
CALE ET SVCCESSVS. PAREN
TIBVS. BENE. MERENTIBVS
IZV. REDITV.

Sub Capitolio, *in vrna depositoria, seu Sarcophago oblongo, supra ostium domus cuiusdam priuatæ posita.*

[11] D Θ K M Ø
ΕΙΚΟCΙΝΕΞ. ΑΤΚΑΒΑCΙΝΕΤΩ
ΖΗCΑCΑ CΑΒΕΙΝΑ
ΚΑΙ ΜΗCΙΝ. ΤΕΤΡΑCΙΝ. ΕΙΤΕΝ
ΔΕΚΑΤΟΝ. ΠΑΛΙΝ. ΗΜΑΡ
ΤΗΔΕ. CΟΡΩ. ΚΕΙΜΑΙ. ΘΥΓΑΤΡΟC. ΜΕΤΑ
ΗΜΕ. ΔΙΩΞΕΝ
ΔΙΞΑΜΕΝΗ. CΤΟΡΓΗΝ. ΦΙΛΟΜΗΤΟΡΑ
ΔΟΓΜΑCΙ. ΜΟΙΡΩΝ
HIC. IACET. EXANIMIS. TVMVLIS. AELIA
SABINA
CVM. SVA. NATA. SIMVL. FETV. QVEM
PROCREAT. IPSA
O. FORTVNA. FIDEM. QVANTAM
MVTASTI. MALIGNE
QVEM. GENVIT. GENETRIX. SECVM
TENET. IN. LARE. DITIS

In ædibus Benzoniorum, *ad S^tum Marcum, tabula marmorea.*

[14] MES. EX. TRIBV
ORVM. HOC. MONI
M. COMPARAVIT. VIRGINIO
CIAE. HELPIDI. LIBERTAE
IDEM. CONIVGI. CARISSIMAE. ET. SIBI. ET
C. MARCIO. VICTORI. ET. LIBERTIS. LIBERTA
BVSQVE. SVIS. POSTERISQVE. EORVM. NE. DE
NOMINE. MEO. EXIAT. QVOD. SI. QVIS. ID. MO
NIMENTVM. PARTENVE (sic). EIVS. VENDERE. QVIS. VO
LET. VEL. DONATIONIS. CAVSA. CVI. MANCIPARE
VOLVERIT. ALIOVE. QVO. NOMINE. EIVS. MONIMENTI
PARTEM. ALIENARE. TEMPTAVERIT (sic). DARE. DAMNAS. ESTO
AERARIO. POPVLI. ROMANI. HS. XV. M. N. ET. COLLEGIO
PONTIFICVM. HS. XV. M. N. ET. EMPTOR. ET. VENDITOR
COMPARATVM. AVTEM. EST. DE. HS. VIIII. M. N.
H. M. D. M. A. H. M. EXT. H. N. S

Ego ipse hæc omnia vidi.

In ædibus Benzoniorum, *ad Sanctum Marcum.*

[1]
C. IVLIVS. CAE
